## DECRETUM X

Hec pars continet[1] de homicidiis spontaneis et non spontaneis. De parricidiis et fratricidiis[2]. Et[3] de occisione legitimarum uxorum, et seniorum[4], et clericorum. Et quod non omnis hominem occidens homicida sit, et[5] eorum penitentia[6]

---

[1] Hec - cont. CRPVS; Hec pars decima cont. H; Hec decima pars cont. LM; *om. Fr*
[2] et fratr. CRPVBS*Fr*; *om.* M
[3] Et CRPVBM; *om.* S
[4] seniorum CRPVBS*Fr*; servorum M
[5] de *add.* P*Fr*, *om.* CRVBSM
[6] M *adds capitulatio 1-188*

### 1a

Omnes leges[1], tam ecclesiastice quam seculares, effusionem humani sanguinis prohibent[2].
*IP 8.4*

---

[1] leges CRPVSM; *om.* B
[2] -ent CPVBS; -eant M. CRPVBS *as here*, *for* M *see below.*

### 1b

[1]*Augustinus in epistola ad Publicolam*

De occidendis hominibus, ne ab eis quisque occidatur, non mihi placet consilium, nisi forte sit miles, aut publica functione teneatur, ut non pro se hoc faciat, sed pro aliis, vel pro civitate, ubi etiam ipse est, accepta legitima potestate, si eius congruit persone. Qui vero repelluntur aliquo terrore ne male faciant, etiam ipsis aliquid fortasse prestatur. Hinc autem dictum est, non resistamus malo, ne nos vindicta delectet, que alieno malo animum pascit, non ut correctionem hominum negligamus; unde nec reus est mortis aliene, qui cum sue possessioni et murorum[2] circumduxerit, aliquis ex ipsorum usu percussus intereat. Neque enim reus est Christianus, si bos eius aliquem feriendo, vel equus calcem iaciendo aliquem occidat. Aut ideo non debent Christiani boves habere cornua, aut equus[3] ungulas, aut dentes canes? Aut vero quomodo[4] Paulus apostolus satis egit ut in tribuni notitiam perferretur insidias sibi a quibusdam perditis preparari, et ob hoc deductores accepit armatos, si in illa arma scelerati homines incidissent, Paulus in effusione sanguinis eorum suum crimen agnosceret? Absit ut ea que propter bonum ac licitum facimus, aut habemus, si quid per hec preter nostram voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur. Alioquin nec ferramenta domestica et agrestia sunt habenda, ne quis eis vel se vel alterum interimat.
*Ep. 47,* CSEL *34.2. 135-6] Ctp 3.20.1; IP 8.1 (23, q. 5, c. De occidendis hominibus.)*

---

[1] Quod omnes - sang. prohib. *(c 1) as rubric to c 1A* M
[2] possessioni et murorum CRPB; possessioni murum R[2]; possessionis et in vestrorum S; possessionis muros M
[3] equus CPBM; eius S
[4] quomodo CR; quo’ PVS; quando B; quoniam M. H *lacks all from* De occidendis hominibus *to here.*

**2**

*[1]Augustinus in epistola ad Marcellinum*

Soleo[2] audire in potestate esse iudicis mollire sententiam, et mitius vindicare quam leges.

*Ep. 139,* CSEL *44. 151]*

---

[1] De potestate iudicis *as rubric* M

[2] Soleo CRPVBM; Doleo S

**3**

*Item[1] in eadem epistola*

Scio in causa clericorum Anaunensium, qui occisi a gentilibus nunc martires honorantur, imperatorem rogatum facile concessisse, ne illi qui eos occiderant et capti iam tenebantur, pena simili punirentur.

*Ep. 139,* CSEL *44. 152*

---

[1] de eadem re *add.* M

**4*[1]**

*[2]Augustinus de civitate Dei, lib. I[3]*

Si non licet privata potestate alicui hominem occidere vel nocentem[4], cuius occidendi licentiam lex nulla concedit, profecto etiam qui seipsum occidit, homicida est. Et tanto fit nocentior cum se occiderit, quanto innocentior in eo[5] causa fuit, qua se occidendum putavit. Nam si Iude factum merito detestamur, eumque veritas iudicat, cum se laqueo suspendit, scelerate illius traditionis auxisse potius quam expiasse commissum, quoniam de Dei misericordia desperando[6] exitiabiliter penitens, nullum sibi salubris[7] penitentie locum reliquit, quanto magis a sua cede [8] se abstinere debet, qui tali supplicio quid in se puniat non habet? Iudas enim cum se occidit, sceleratum hominem occidit et tamen non solum Christi, verum etiam sue mortis reus finivit hanc vitam, quia, licet propter suum scelus, alio suo scelere occisus est. [9]Cur autem homo qui nichil mali fecit, sibi male faciat, et seipsum interficiendo hominem interficiat innocentem, ne alium patiatur nocentem, atque in se perpetret peccatum proprium, ne in eo perpetretur alienum?

Item[10]. In sanctis[11] canonicisque libris nusquam nobis divinitus preceptum permissumve reperiri potest, ut vel ipsius adipiscende immortalitatis, vel ipsius cavendi

---

[1] H *begins at* In sanctis canonicisque, *ends at* crimine innectitur, *and has a substantial insertion in mid-canon.*

[2] Quod qui seipsum occidit, homicida est *as rubric M*

[3] cap. 17 *add.* M

[4] -tem RPVBSAM; -te C

[5] ea *Fr*

[6] *corr. fr.* -antes S

[7] sibi sal. CRPBSAM; sal. sibi V

[8] cede CRPVBSM; nece A; [nece] *add. Fr*

[9] (ibidem c. 18) *add. Fr*

[10] (ibidem cap. 20) *add.* M[2]

carendive mali causa nobismetipsis necem inferamus. Nam et prohibitos nos esse intelligendum est, ubi lex ait, Non occides, presertim quia non addidit proximum tuum, sicut falsum testimonium cum vetaret, Falsum, inquit, testimonium non dices adversus proximum tuum. Ne[12] ideo tamen, si adversus seipsum quisquam falsum testimonium dixerit, ob[13] hoc crimine se putaverit alienum, quoniam regulam diligendi proximum a semetipso accepit[14], quandoquidem scriptum est[15], Diliges proximum tuum tanquam[16] teipsum. Porro si falsi testimonii non minus reus est, qui de ipso falsum fatetur, quam si adversus proximum hoc faceret, cum in eo precepto[17] quo falsum testimonium prohibetur, adversus proximum prohibeatur, possitque non recte intelligentibus videri non esse prohibitum, ut adversus seipsum quisque falsus testis assistat, quanto magis[18] intelligendum est non licere homini seipsum occidere, cum in eo quod scriptum est, Non occides, nichil deinde addito, nec ipse[19] utique cui precipitur, intelligatur exceptus? Item[20]. Scriptum est, Non occides, nec alterum, nec[21] te. Neque enim qui se occidit, aliud quam hominem occidit. [22]Quasdam vero exceptiones eadem ipsa divina fecit auctoritas. Sed his exceptis quos Deus occidi iubet, sive data lege[23] ad personam pro tempore expressa iussione. Non autem ipse occidit qui ministerium debet iubenti, sicut adminiculum gladius[24] utenti, et ideo nequaquam contra hoc preceptum fecerunt, quo[25] dictum est, Non occides, qui Deo auctore bella gesserunt, aut personas[26] gerentes publice potestatis secundum leges eius[27], hoc est iustissime rationis imperio[28], sceleratos morte punierunt. Et Abraham non solum non est culpatus crudelitatis crimine, verum etiam laudatus est[29] nomine pietatis, quod voluit filium nequaquam scelerate, sed obedienter occidere. Et merito queritur utrum pro iussu Dei sit habendum, quod Iepte filiam que patri occurrit[30] occidit, cum se advovisset[31] immolaturum Deo, quod ei redeunti de prelio victori primitus occurrisset. Nec Samson aliter excusatur, quod seipsum cum hostibus

---

[11] suis V ?
[12] Ne CRPV$^2$BSM; Non V?; Nec A
[13] ab *Fr*
[14] [dilector] *add. Fr*
[15] scr. est *repeated* A
[16] tanquam CRPBSAM; sicut V
[17] *corr. fr.* testimonio S
[18] mamagis V
[19] [nullus] *add. Fr*
[20] (ibidem ad calcem) *add.* M$^2$
[21] *corr. fr.* de V; [ergo] *add. Fr.* Item. Scriptum est - nec] *Aug. in libro i de civitate Dei*. Cum legimus, Non occides, si propterea non accipimus hoc dictum esse de fructetis, quia nullus eis sensus est, nec de irrationabilibus animantibus, quia nulla nobis ratione sociantur que non eis datum est nobis habere communionem, unde iustissima ordinatione creatoris et vita et mors eorum nostris usibus subditur, restat ut de homine intelligatur quod dictum est, Non occides. Nec H (CC *47. i. 20 cont.)*
[22] (Ibidem, ca. 21) *add.* M$^2$
[23] sive *add.* AM, *om.* CRPVBS
[24] est *add. Fr*
[25] quo CRPBSAM; quod V
[26] -onam M
[27] eius CRPBSM; *om.* V; ?A
[28] -erium *Fr*
[29] laud. est] est laud. S
[30] *in mg.* S
[31] advov- CRPSAM; id vovisset V, *add. in mg.* M$^2$; advoluisset B

ruina domus oppressit, nisi quia spiritus latenter hoc[32] iusserat, qui per illum miracula faciebat[33]. His ergo exceptis, quos[34] vel lex iusta generaliter, vel ipse iustitie fons[35] Deus[36] occidi iubet, quisquis hominem vel seipsum, vel quemlibet occiderit, homicidii crimine innectitur. Item[37]. Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus approbamus, neminem spontaneam mortem sibi inferre debere, velut fugiendo[38] molestias temporales, ne incidat in perpetuas; neminem propter aliena peccata, ne hoc ipso incipiat habere gravissimum proprium; neminem propter sua peccata preterita, propter que magis in[39] hac vita opus est, ut possint penitendo sanari; neminem velut desiderio melioris vite[40] que post mortem separatur[41], quia reos sue mortis melior post mortem vita non[42] suscipit.
*catena from De civitate Dei (*CC *47) i. 17, 20, 21, 26] Ctp 3.20.2; IP 8.2 (23, q. 5, c. Si non licet)*

---

[32] lat. hoc CRPBSAM; hoc lat. V
[33] (cap. 22) *add. Fr*
[34] quos CRBSAM; quod PV
[35] iust. fons CRPVBSM: fons iust. A
[36] specialiter *add.* A, *om.* CRPVBSM
[37] (ibidem cap. 26) *add.* M[2]
[38] -endo CRVSAM; -endos P
[39] in *om.* M
[40] mel. vite CPVBAM; vite mel. RS
[41] separatur CRBSA; speratur P*(after corr.)*V*Fr*; sperant M
[42] non RPVM; *om.* CBSA

**4A*** (H)

*Idem in libro de civitate Dei XIII cap. vii*

Cum sit mors peccati retributio, aliquando – fructus uberior nasceretur.
CC *48. xiii. 6]*

## 5*

### *[1]Capitularium lib. VI[2], cap. 70*

De eo qui semetipsum occidit, aut laqueo se suspendit, consideratum est ut, si quis[3] compatiens velit elemosinam dare, tribuat, et orationes in psalmodiis faciat, oblationibus tamen et missis careant[4].
*BenL 2.70(E)]*

---

[1] Ut missa et oblationibus careat, qui seipsum occidit *as rubric* M
[2] VI CRPVSAM; V B; VII *Fr*
[3] quis CRPBSAM; *om.* V
[4] -eant CRPB?SA; -eat P[2]VM

## 6*

### *[1]Autissiodorense[2] concilium, cap. 17*

Quicumque se propria voluntate aut in aqua[3] iactaverit, aut collum ligaverit, aut de arbore precipitaverit, aut furiose percusserit, aut qualibet occasione sponte sua se morti tradiderit, istorum oblata non recipiantur.

---

[1] De eodem *add. as rubric* M
[2] Autiss- CRPVBS; Altis- A; Antis- M
[3] aqua CRPVBSA; aquam M

**7***

*[1] Augustini dialogus[2] contra Petilianum*

Tu dixisti, Laqueo traditor periit, laqueum talibus dereliquit. Hoc ad nos omnino non pertinet, neque enim veneramur nomine martirum eos[3] qui sibi collum ligaverunt[4].

*Augustine, Contra litteras Petiliani, ii. 49,* CSEL *52. 87]. Ctp 3.20.3*

---

[1] Quod Ecclesia nullum occidit *add. as rubric* M
[2] Aug. dialogus CRPVSA; Dialogus Aug. B; Ex dialogis Aug. M
[3] eos CRPVBSM; eo A
[4] *corr. fr.* –int C

**8***

*[1]Capitularium lib. V, cap. 90[2]*

Presbiteri interfecti episcopo ad cuius parrochiam pertinent, solvantur[3].

*BenL 1.186a(B); cf below, 10.140] Ctp 3.20.4; IP 8.6*

---

[1] Quod presbyteri interfecti episcopo solvi debeant *add. as rubric* M
[2] 90 CRPVSM; 10 B; 186 A
[3] -antur CRPVBSM;-ant A

**9***

*[1]Item, cap. 261*

Qui subdiaconum occiderit, trecentos solidos componat; qui diaconum, quadringentos; qui presbiterum, 600; qui episcopum, 900; qui monachum, 400[2].

*BenL 1.261(E)] Ctp 3.20.5; IP 8.7 (17, q. 4, c. Subdiaconum.)*

---

[1] De compositione subdiaconi, diaconi, presbyteri, episcopi, vel monachi *add. as rubric* M
[2] qui presb. - 400 *in mg.* S. *For* 400 RH *(and* Leiden*) have* cccclvi *– the* lvi *possibly from the inscr. to cap. 10, the whole of which* H *omits.*

**10***

*[1]Lib. VI[2], cap. 90*

Qui occiderit monachum aut clericum[3], arma relinquat, et ideo[4] in monasterio serviat cunctis diebus vite sue, nunquam[5] ad seculum reversurus, et septem[6] annos publicam[7] penitentiam gerat.

*BenL 2.90(B)] Ctp 3.20.6; IP 8.8 (17, q. 4, c. Qui occiderit.)*

---

[1] De poenitentia eius qui clericum aut monachum occiderit. *add. as rubric* M
[2] VI CPVBSAM; V R
[3] mon. aut cler. CRBSAM; cler. aut mon. PV
[4] ideo CRPBSAM; Deo V*Fr*
[5] nunquam CRM; non quod PVBS; numquid A
[6] vii RPVBSAM; vi C
[7] pub. CRPVBAM; *om.* S

**11***

*[1]Haimo super epistolam ad Romanos*

Sunt quedam enormia flagitia, que potius per mundi iudices quam per antistites et rectores ecclesiarum iudicantur, sicut est cum quis interficit[2] pontificem apostolicum, episcopum, presbiterum, sive diaconum. Huiusmodi reos reges et principes mundi dampnant. Ergo non sine causa portat gladium[3], qui talia scelera diudicat[4]. Sunt etiam maxime constituti propter homicidas, raptores, ut[5] illos dampnent, et alios suo[6] timore compescere faciant.

*(in cap. 12) ] IP 8.5 (23, q. 5, c. Sunt quedam.)*

[1] Quod ad hoc iudex gladium portat, ut sceleratos dampnet. *add. as rubric* M
[2] -it PVBSA; -iat CRM
[3] port. glad. CRPVBSM; glad. port. A
[4] [iudicat, orig.] *add. Fr*
[5] ut CRP[2]SAM ; et P ; ut et V; ?B
[6] suo CRPBSAM; suos V

**12***

*[1]Gelasius Philippo et[2] Cassiodoro*

Celestini causa talis est quam vos quoque non arbitror ignorare. Siquidem hic[3] conscius convictus in cede parentis et episcopi, quemadmodum gestorum tenore monstratur, cunctorum iudicio nullatenus estimatus est officio dignus altaris, eique pro tam detestando facinore unius anni interdicta communio est, quatenus penitudine competenti tanti facinoris curaret abruptum. Quod etiam si a nobis minime iuberetur, ipse magis cogitans divini corporis sacramentum, debuit ad hoc mente purgatiori[4] remeare. Quod tempus tamen[5] aut expletum, aut prope iam putamus exactum, post quod ei communionis facultatem patere non dubium est; ut et sententia sinodalis possit abrumpi, et, ut[6] illi magis prosit, valeat maiore satisfactione mundari.

*CB Gel. 33*

[1] De quodam qui de caede episcopi sui convictus est fuisse conscius *add. as rubric* M
[2] et CRPVBSM; *om.* A
[3] hic CRPVBSM; *om.* A
[4] -atiori CPVBSAM; -atorii R
[5] temp. tamen CRPVBSM; tamen temp.A
[6] ut CRPVSM; *om.* A

**13***

*[1]Gelasius Iohanni episcopo*

Nos ausus impii commoverunt[2] Aselli, qui archidiaconatus[3] fungebatur officio. Nam cum, tam duro casu letaliter sauciato pontifice, pre ceteris ecclesiam custodire debuerit, ac ne quid de episcopali domo subduceretur, et eum ipsum in tumultu presenti permisit occidi[4], cum et ad fatendum servari debuisset, utrum hec sua voluntate peregerit,

[1] De simili causa. *add. as rubric* M
[2] -verunt CRPVBAS; -ere M
[3] -onatus CRPVBSM; -onus A
[4] -idi CRPVBSM; -idit A

an cuiusquam precipitatus impulsu, et prius ab eo, quia idem creditarius presulis fuisse dicitur interempti, ecclesiastica requiri substantia. Quis autem non evidenter intelligat propter hoc precipue dictum[5] citius fuisse sublatum, quatenus nec complices proderet, et ignorata facultas ecclesie facilius direptionibus subiaceret? Nam et libellaris incisus[6] episcopi perhibetur inventus, et vir bonus Asellus ac suo gradu dignus, quod nunquam ante temptatum est, prius in se decretum, adactis ecclesie ministris, compulit celebrari, qui[7] de excessu secundum tramitem vetustatis, ad[8] sedis apostolice notitiam relatio mitteretur. Quam sit autem[9] intolerabile malum, quis Christianus addubitet ut, cum soleat etiam communi sorte defuncto pontifice transitus eius ante omnia nuntiari, competens deputari visitatio, atque ita de subrogando sacerdote tractari, hic unus extiterit, qui interfecto religionis antistite, de suo mox honore cogitaverit, quam studuerit deferre quod gestum est. Ubi tametsi latet extrinsecus quid agatur, tamen affectate potestatis abruptum, conscientiam suspicione non exuit, defuncti locum taliter ambientis. Interim[10] ne quis hoc[11] unquam audeat usurpare quod ante istum nullus est ausus, ab officio quod regebat[12] nostra sit auctoritate submotus, donec quid in perpetuum de tali ordinari censeamus plenius retractetur. Si qua sane iuris ecclesiastici sustulisse[13] convincitur, modis omnibus reformare cogatur.
*CB Gel. 48a*

---

[5] dictum CRPVSM; dictu B; dicto A
[6] incisus CPVBSAM; inscius R
[7] qui C?RPVBA; quam C²SM
[8] ad R²PVBSAM; a CR
[9] sit autem RPVBSAM; autem sit C
[10] tamen *add.* A, *om.* CRPVBSM
[11] *ss* P
[12] regebat CRPVBSA; gerebat M
[13] sust- C²RPVM; subt- BA; subst- S

## 14*

### [1]*Alexander II Amalgerio Civitanensi*[2] *episcopo*

Fratri[3] huic quem[4] perpetrati homicidii reatu ad iudicium canonice penitentie suscipiendum, ad apostolicam sedem misisti, noveris nos huius ordinis penitentiam misericordie respectu iniunxisse. Nam quia presbiter presbiterum occidit, cum[5] quadrupliciter, viginti octo videlicet annis[6], eum penitere oportet[7], quatuordecim annos sibi misericorditer indiximus, irrecuperabiliter deicientes eum a presbiteratu[8], et omni administratione altaris. Quos quidem quatuordecim annos hoc ordine observabit. Tribus prioribus annis extra ecclesiam, nisi ad extrema mortis absque communione, et mense participatione et pace sit. Sed a cena Domini solummodo reconcilietur, usque ad

---

[1] De poenitentia presbyteri qui presbyterum occidit *add. as rubric* M
[2] -anensi CRPVBSM; -atensi HA
[3] Vestri R
[4] pro *add.* C²P¹, *om.* CRPVBSHAM
[5] cum PVA; eum CRBS; *om.* M
[6] *ss* P
[7] -tet CRPVBSM; -teret A. pen. op.] op. pen. P
[8] -iteratu CRBSM; -eratu PVA

octavum[9] Pentecostes. Hac presenti quadragesima cotidie ieiunet in pane et aqua diebus tribus deinde[10] ebdomade, usque in Pascha. Ab octavis Pentecosten[11] usque in[12] festum sancti Michaelis duobus diebus[13]; deinde, tres. Post tres annos reddita sibi communione ecclesie et mense, inter idiotas sit usque ad expletos septem annos, eodem modo totum penitentie tempus servans. Et quia convenit eum esse sub regimine abbatis, mandamus tibi ut mittas eum in aliquo monasterio, ut ibi condigne penitens salvetur, et si tibi vel abbati videtur sibi remittere, si hunc condigne observasse penitentiam videris[14], post tres annos liceat.
*JL 4572; CB Alex. II 31; Winroth (1993) no.31*

---

[9] -vum CPVBA; -vas RSM
[10] dieb. trib. deinde PBS; dieb. trib. CRM; trib. dieb. deinde V; deinde trib. dieb. A
[11] -ten CRPV; -tes AM; Pent' BS
[12] in CRBSM; ad PVA
[13] *om. Fr*
[14] -eris CRPVBSM; -eritis A

## 15*

### [1]*Alexander II*[2] *Rainaldo Cumano episcopo*

Super causas Guillandi[3] presbiteri tui, de morte episcopi sui predecessoris tui infamati, in medium consuluimus. Itaque circum omnium astantium fratrum unanimi assensu tue dilectioni rescribimus prefatum Gislandum presbiterum[4] ante te presentandum; ubi si certi accusatores defuerint, tunc dictante iustitia, sine omni controversia, presbiter quecumque ob hoc iniuste[5] amisit ac sacerdotium accipiat, et integra beneficia, purgationem tamen antea, duobus sibi sacerdotibus iunctis[6], ubi accusator cessaverit, eumdem ex se prebere tuo committimus arbitrio. Vulgarem denique ac[7] nulla canonica sanctione fultam legem, ferventis[8] scilicet sive frigide aque, ignitique ferri contactum, aut cuiuslibet popularis inventionis, quia fabricante hec sunt omnino ficta invidia, nec ipsum exhibere, nec aliquo modo te volumus postulare[9], immo apostolica auctoritate prohibemus firmissime.
*JL 4505; CB Alex II 49, Winroth (1993) ] IP 5.7-8*

---

[1] De purgatione presbyteri qui sine accusatoribus de morte episcopi sui fuerat infamatus *add. as rubric* M
[2] Alex. II CRPVBSM; Idem H
[3] Guillandi CRPVBSM; Gwillandi H; Gillandi A
[4] Gislandum pr. CRPVBA; pr. Gisl. S; Gwilandum pr. H; Guillandum pr. M
[5] iniuste CPVBSAM; iuste R
[6] sibi sac. iun. CRPVBAM; iun. sibi sac. S
[7] ac CRPVBSM; a A
[8] -entis CRPVBSM; -enti A
[9] vol. post. CRPBSAM; post. vol. V

## 16*

### [1]*Alexander II clero Vulturnensi*

Penitens presentium portitor ad nos veniens, retulit se instinctu diaboli quemdam presbiterum armatum super se irruentem, ictumque ferentem occidisse. Unde quia in

---

[1] De poenitentia eius qui presbyterum in se armis irruentem interfecerit *add. as rubric* M

canonibus habetur pro interfectione armati presbiteri simplicem penitentiam esse dandam, iniunximus penitentiam decem annorum, ita ut hinc usque ad Pascha ieiunet tribus diebus per septimanam in pane et aqua, et non utatur calciamentis neque[2] lino. Ab octava Pentecosten[3] usque ad festivitatem sancti Martini ieiunet duobus diebus per septimanam, et a festivitate sancti Martini usque ad Natalem Domini, aut faciat carcerem ieiunans cotidie in pane et aqua, aut eat exsul et ieiunet tribus diebus in pane et aqua. Ab octava Epiphanie usque ad[4] quadragesimam ieiunet[5] duobus diebus. A quadragesima vero[6] usque in Pascha ieiunet tribus diebus in pane et aqua, et hec faciat usque ad annos quinque. Ab ingressu autem ecclesie et communione septem annis[7] abstineat.
*JL 4531; CB Alex. II 59; Winroth (1993)*

---

[2] -que *ss* C
[3] -ten CRPVSA; -tes M; Pent' B
[4] ad CRPVBSM; in A
[5] *in mg.* C
[6] vero CRVBSA; ?P; *om.* M
[7] annis PVS; annos C[2]RM; ann' BA; *om.* C

## 17*

### *Excommunicatio Iohannis VIII pro morte Romani[1]*

Qui de homicidio Romani religiosi clerici suspecti, a nobisque canonice sue excommunicationis intentatione, mediante Iunio presentis octave indictionis, vocati venire contempserunt, et ob hoc per nostras litteras secundo et tertio advocati, extremum vero per Iohannem, Leonem[2], episcopos omnimoda[3] communione privati, quia[4] apostolatus iudicium[5] hactenus subterfugisse, et[6] neque venisse neque misisse probantur, auctoritate sancti Spiritus anathematizatos esse decernimus, quousque futuris Kalendis Octobribus, future none indictionis, purificari canonice mereantur. Si autem neque tunc plenissimam nobis satisfactionem ostenderint, perpetuo anathemate teneantur innexi[7], ita ut[8] quicumque[9] amodo eis in cibo, potu[10], vel oratione communicaverint, pari cum eis anathematis sententia colligentur.
*JE 3017; ed. Caspar ep.58, p. 310; CB Ioh. VIII 55]*

---

[1] pro – Romani CRPVBSA; in eos qui de morte Romani clerici suspecti erant M
[2] Ioh. Leon. CRPVBAM; Leon. Ioh. S. ven' *add.* A
[3] omnimoda CPVBSAM; omnimodo *corr. fr.* omnino R
[4] nostri *add.* A, *om.* CRPVBSM
[5] *corr. fr.* officium S
[6] *om. Fr*
[7] inn- CRPVSM; ann- A; ?B
[8] ita ut *in mg.* P
[9] quic- R[2]PVSBM; quec- CR
[10] *ss* V

## 18*

*[1]Gelasius Maiorico et Iohanni episcopis*

Ita nos quidem[2] Latinorum cedes geminata pontificum horrendi sceleris atrocitate confudit ut diu[3] constitutio nostre deliberationis hesitaret, dum et ingerere quemquam parricidalibus exemplis dubitaremus[4] antistitem. Quapropter iam velut usum consuetudinemque sacrilegam declinantes, eatenus religioni duximus consulendum, ut parrochie vice[5] ab extrinsecus positis sacerdotibus gubernentur, qui[6] ibidem commanentes ferro didicerunt necare pastores, inauditoque facinore, quod etiam in illis[7] provinciis nusquam prorsus acciderit, que bellorum continuis diversisque incursionibus affliguntur, hec reperta sit civitas, que presules ministrando[8] sibi[9] fidem Christianam[10], sine persecutore prosternat. Curandum est igitur ut illic funesta pernicies cessatione propriorum sanetur antistitum, atque ita saltem furoris tanti materies[11] subtrahatur, eoque modo vel illa dum in quos seviat[12] non habebit, ab huiusmodi temeritate desistat, vel aliis imitantibus dira contagia non prebeat. Egeat ergo episcopalibus subsidiis sibimet aliunde depensis, que sacram in suo gremio collocatam[13] fuso crudeliter macularat[14] sanguine dignitatem. Quia in utroque hac est ultione plectenda, sive scilicet instinctu domestico, seu[15] furiis incitata, nefas hoc committit exterius.

*CB Varia II 41] Ctp 3.20.7*

---

[1] De his qui duos episcopos suos occiderunt, ut amplius episcopo careant *add. as rubric* M
[2] quidem CRPVBM; *om.* S; qui A
[3] diu CRPVBSM; duo A
[4] dubit- CRPVBSM; dist- A
[5] vice CRPVBSA[2]; vite A; vicem M
[6] qui CRPVBSA; quia [qui] M; [Vict.] *add. Fr*
[7] in illis CRPVBSA?; nullis SM
[8] -ando CPVBSM; -andos R; -ande A
[9] sibi PVBSAM; subi C; ubi R
[10] -anam CRPVBSM; -ane A
[11] materies CRPVBSM; mates A
[12] seviat CRPVSM; seviebat B; deserviat A
[13] -oc- *ss* C
[14] -arat CRPVBSM; -at A
[15] seu CRPBSAM; sive V

## 19*

*[1]Nicolaus Iohanni archiepiscopo Ravenne[2]*

De Oleoberti vero[3] episcopi Gravellensis crudelissima nece multum apostolatus noster condoluit, et magno merore affectus est; sed rursus non minus prudentiam tuam miramur utrum verum sit quod illuc vestrum factura[4] episcopum sine nostra licentia transmiserit[5], cum licitum non sit, sicut dicitis, missum. Certe etsi aliud non impediret, saltem vos tantum scelus paululum retardare debuerat, ne cito in tali et de tali populo episcopum constitueretis, ubi oves morbide Iudeorum in Dominum Salvatorem imitans

---

[1] Ut si episcopus occisus fuerit alter non subrogetur, nisi reis detectis et punitis *add. as rubric* M
[2] -enne CR?M; -ennensi PV; Ravenn’ BA; Ravennantium S
[3] vero PVBSA; *om.* CRM
[4] factura CRPVBSM; facienda A
[5] -erit CRPVBSM; -eritum A

flagitium[6], proprium ausi[7] sunt truncare[8] pastorem. Sustinete igitur paulisper, et causam quam[9] nescitis, secundum beatum Iob, diligentissime investigate, ne forte, nisi digna examinatio prevenerit, manus super caput sanguine plenum posuisse, quod absit, inveniamini. Cum autem, detectis[10] reis atque punitis, qui dignus sit apparuerit, et cleri plebisque et ducis nostri nostram habentis auctoritatem, qui utique unus e plebe eadem esse dinoscitur, concordia effecta fuerit, celebretur electio, sicque demum, sicut in sinodo deliberatum est atque constitutum, nobis hoc innotescite, et cum de electo nostro apostolatui nuntiatum fuerit, adiuvante Domino, sanctione premissa episcopus a vestra beatitudine consecretur.
*JE 2868, ed. Perels ep. 152, p. 667 (*Ital. Pont. *v no. 109) from ID only*

---

[6] imitans (imitantes R[2]) flag. CRPVBSM; flag. imit. A
[7] vel ausis *add. ss* R[2]
[8] trunc- CRPVBSM; trund- A
[9] quam CRPVBSM; *om.* A
[10] *after corr.* C

## **20***

### [1]*Nicolaus Tadoni*[2] *archiepiscopo Mediolano*

De presbiterorum flagellatoribus et occisoribus, predonibus scilicet, qui seculari brachio minime coercentur, iuxta preceptum Domini, placet fraterno amore conveniantur secundo ac tertio, quique si non te[3] audierint, conveniente[4] ecclesia eos eucharistia privare, atque si in sua obstinatione parvipendentes sacerdotalia monita forte permanserint, ab ecclesie compage sub anathematis interdictione resecare licentiam tribuimus. Quos etiam resipiscentes, tandem digna satisfactione premissa, in gremio sancte matris ecclesie revocari noveris posse.
*JE 2864, ed. Perels ep. 148, p. 665, from ID, Ctp] Ctp 3.20.8*

---

[1] De flagellatoribus et occisoribus episcoporum *add. as rubric* M
[2] Tad- CRPVBAM; Tab- S; T. A
[3] non te PVBSA; te non CRM
[4] -en-*ss* R

## **21***

### [1]*Alexander II Aumoldo Constantiensi episcopo*

Intelleximus in litteris tuis quod earum lator sacerdos videlicet et abbas, ira acerrime stimulatus servientem uno fustis[2] ictu in dorso percusserit, et sic percussus, ut per coniecturam admittitur, sex tamen mensibus transactis obierit. Unde hunc quasi homicidii culpa notatum, et sui gradus horrens incurrisse periculum, et dignitatis perpendimus pertulisse naufragium. In qua re, salvo tui ordinis privilegio, quodammodo repentina severitas et statuisse videtur preiudicium, et precipue discretionis excessisse modum, que nimirum clementiori[3] nobis videtur moderamine[4] temperanda. De qua

---

[1] De abbate qui servum fuste uno ictu percussit, et post sex menses mortuus est *add. as rubric* M
[2] fustis CRPBSM; fuistis V; fusti A
[3] clem- CRPBSM; dem- VA
[4] moderamine CRPVBSM; modus anime A

videlicet habenda discretione si tua fraternitas hesitat, Gregoriane auctoritatis testimonium[5] legat. Item. Fraternitati tue mandamus ut fratrem istum abbatie restituat[6], et si iam annus penitentie transactus habetur, sacerdotali sibi officio restituto, eum sacris altaribus ministrare permittat.
*JL 4511; CB Alex. II 55]*

---

[5] *in mg.* P
[6] -uat CRPVBM; -uas S; -uet A

## 22*

### [1]*Ex*[2] *concilio Eliberitano*[3]

Si qua[4] furore[5] zeli accensa[6], flagellis verberaverit ancillam suam ut infra[7] tertium diem cum cruciatu animam effundat, eo quod incertum sit voluntate an casu occiderit; si voluntate, post[8] septem annos; si casu, post[9] quinque annorum tempora acta legitima penitentia, ad communionem placuit admitti. Quod si infra[10] tertium diem fuerit infirmata, accipiat communionem.
*cf below 10.148, BD 6.19. Ctp 2.30.1] Dist. 50, c. Si qua femina*

---

[1] De poenitentia eius quae ancillam flagellans occiderit *add. as rubric* M
[2] Ex CRPVBSM, *om.* A; I *add.* M
[3] cap. 5 *add.* M; cap. *add.* A
[4] femina *add.* A; domina *add.* M, *om.* CRPVBS
[5] fuerit *corr. to* furore S
[6] *after corr.* S
[7] infra CRPVBSM; in A
[8] post CRPVBSA; per M
[9] post CRPVBSA; per M
[10] infra CRPVBSM; in A

## 23*

### [1]*Gregorius Andree episcopo Tarentino*[2]

Quoniam mulierem de matriculis contra ordinem sacerdotii cedi crudeliter fustibus deputasti, quam licet post octo menses exinde minime arbitremur fuisse defunctam, tamen quia ordinis tui habere noluisti respectum, propterea duobus te mensibus ab administratione missarum statuimus abstinere. Item[3]. Matriculam vero quam fecit fustibus castigari, quamvis exinde post octo menses obiisse non credimus, tamen quia[4] eam contra propositi sui ordinem huiusmodi fecit affligi, duobus hunc mensibus a missarum solempnitate suspende.[5]
CC *140, Reg. iii, no. 44]*

---

[1] De eo qui mulierem fustibus caedi praeceperat. *add. as rubric* M
[2] Tar- CRPVBSA*Fr*; Iar- M
[3] (idem Iohanni episc. Calliopolitano, lib. 2 epist. 84, ep. 45) *add.* M[2]
[4] *corr. fr.* qua V
[5] Item. Matriculam vero quam – suspende *om.* H

**24***

*[1]Nicolaus Hosbaldo[2] corepiscopo[3] Quadrantano[4]*

Studeat sanctitas tua persuadere episcopo tuo sibi canonicum sociare numerum collegarum, id est sex ex vicinis provinciis fratres et coepiscopos tuos, quibus tecum iunctis et decernentibus diligenter investigate[5], et omni annisu scrutari procurate, quatenus invenire valeatis utrum percussione iam nominati presbiteri, an cervicis[6] fractione idem diaconus, ut fertur, extinctus est. Et si quidem a sepefato presbitero non ad mortem percussus est, sed ex equo[7] cadens cervice fracta interiit, secundum arbitrium vestrum pro percussione incaute agenti presbitero penitentiam competentem indicite, et aliquanto tempore a missarum solempniis suspendatur, denuo ad sacerdotale post hec rediturus officium. Quod si veraciter qualicumque percussione istius presbiteri ille mortuus est diaconus[8], nulla hunc ratione ministrare sacerdotis more decernimus, quoniam etsi voluntatem occidendi non habuit, furor tamen et indignatio ex quibus motio illa mortifera prodiit in omnibus, sed precipue in Dei ministris multipliciter inhibentur, atque ubique dampnantur. Verum si presbiter adeo vestro studio noxius forte claruerit, precipimus ut tale beneficium sibi ecclesie sue concedatur, quo et ipse et sui sufficienter possint habere sue sustentationis solatium.

*JE 2854; ed. Perels no. 142 p. 660*; *Ctp 1.62.43]*

---

[1] De poena presbyteri qui diaconum percusserit *add. as rubric* M
[2] -aldo CRM; -albo PVBA; -algo S
[3] corep. CPVBSA; coep. R; ep. M
[4] Nic. – Quad.] Stephanus – Magontino (*cf c 27)* H. –tano CRPVBA; –tino SM
[5] -ate CRPVSBM;-are A
[6] *corr. fr.* –isis R
[7] *corr. fr.* quo V
[8] *after obsc. corr.* A

**25***

*[1]Anchiranum concilium[2], cap. 23[3]*

De homicidiis non sponte commissis, prior quidem diffinitio post septennem penitentiam perfectionem[4] consequi precepit, secunda vero quinquennii tempus explere.

*(et conc. Tribur. cap. 52)*

---

[1] De septennali vel quinquennali poenitentia homicidarum *add. as rubric* M
[2] Anchiranum conc. RVSA; Anchira<no> conc. C; Archiranum conc. P; Anciranum conc. B; Ex Ancyrano concil. M
[3] Anciranum - 23 (22 M) CRPVBSAM; Nicolaus – Mediolano (*cf c 29)* H.
[4] *ss* P

**26***

*[1]Iohannes VIII Sigigodo[2] Narbonensi[3] episcopo*

Presentium litterarum gerulus sedi apostolice presentatus se presbiterum esse querula et lamentabili voce perhibuit, et a sanctitati tue subiecte dioceseos episcopis ab

---

[1] De examinanda causa cuiusdam presbyteri *add. as rubric* M
[2] -igodo CRPVSAM; -ibodo B
[3] archiNarbonensi A

officio presbiteratus suspensum, et aliis quibusdam epitimiis usque ad speciale iudicium nostrum submissum, pro eo quod, inquit, facto tumultu quidam se apprehensum et a terra brachiis sublevatum in proprium fratrem[4] forti iactaverit impetu, ut[5] idem germanus suus tanti operis[6] mole impulsus in terram ruerit, et prostratus atque oppressus vite flatum violenter amiserit[7]. Denique illi reverendi antistites[8] cum sibi, ut iste retulit, res in dubium veniret, utrum commisso sibi dudum carere, necne[9] penitus debuisset officio, non ipsi hanc deliberare, sed nostro decerni et diffiniri iudicio[10] voluerunt. Sed tunc hoc solempniter agerent, si primum ipsi plenario, et ex canonibus in causa presbiteri delegato iudicio quatuor deputatis, ex venerandis decretis et legibus personis presentibus, hanc ventilassent, et subtili examine discussissent[11], ut ita facta scripto relatione, si quid dubium sibi seu difficile ingessisse videretur, nostrum super hoc more prisco decretum exposcerent. At ubi nobis et persona[12] relatoris incognita, et nullo[13] episcoporum scripto commendatio[14] approbata est[15], et rursus ubi nulla est accusatoris obiectio, nec accusati reatus confessio, nec fidelium comprobatio testium, nos nec illius solius narrationi creduli[16] esse possumus, nec rursus in eum diffinitivam dampnationis sententiam proferre valemus. Ergo saltem nunc fraternitas tua metropolitani iure posita ex episcopis sub se degentium, vel vicinorum[17] sex, una cum episcopo cuius est iste parrochie sibi socians, tantum negotium subtili ventilet discussionis ventilabro, et invento quod iustum est canonice decernat, et communi fratrum censura diffiniat.
*JE 3004; ed. Caspar ep. 45, p. 301; CB Ioh. VIII 42]*

---

[4] adeo *add.* A, *om.* CRPVBSAM
[5] ut CRPBAM; et V
[6] operis CRPVSM; omperis B?; corporis A
[7] -erit CRPVBSM; -it A
[8] -ites CRPV[2]BSM; -es V; -itis A
[9] necne CRPVBSM; nec A
[10] iudicio CRPVBSM; iudio A
[11] -sis- *ss* V
[12] -so- *ss* A
[13] nullo CPVBSAM; nulla R
[14] -atio CRPVBSM; -aticio A
[15] app. est *ss* V
[16] creduli CRBSA[2]M; crudeli PV; credule A
[17] *corr. fr.* vic- R

## 27*

### *[1]Stephanus Ludberto[2] episcopo Magontino[3]*

Consuluisti[4] etiam de infantibus, qui in uno lecto cum parentibus dormientes mortui reperiuntur, utrum ferro candente[5], an aqua fervente, seu alio quolibet examine parentes se purificare debeant eos non oppressisse. Monendi namque sunt et protestandi

---

[1] Quod homicidae sint qui filios dormientes oppresserint *add. as rubric* M
[2] Lud- CRPBSM; Luo- V; Liut- A
[3] Magont- CRPB; Magunt- VS; Mogot- A; Mogont- M. Stephanus – Mag. ] Alexander – episcopo H (*cf capp. 24, 30)*
[4] Consuluisti CRPVBSHLM; Constituisti A
[5] *corr. fr.* cad- A

parentes[6], ne tam tenellos secum in uno collocent[7] lecto, ne[8] negligentia qualibet proveniente suffocentur vel opprimantur, unde ipsi homicidii rei inveniantur. Nam ferri candentis vel aque ferventis examinatione confessionem extorqueri a quolibet, sacri[9] non censent[10] canones, et quod sanctorum patrum documento sancitum non est, superstitiosa adinventione non est[11] presumendum. Spontanea enim confessione, vel testium approbatione publicata delicta, habito pre oculis Dei timore, commissa sunt regimini iudicare; occulta vero et incognita illius sunt iudicio relinquenda, qui solus novit corda filiorum hominum. Hi autem qui probantur vel confitentur talis reatus se noxios, tua eos castiget moderatio, quia si conceptum in utero qui per abortum deleverit, homicida est, quanto magis qui unius saltem diei puerulum peremerit homicidam se[12] esse excusare nequibit?

*JE 3443, ed. Caspar ep. 25 pp. 347-8; CB Steph. V 24c, Ctp 1.64.4] Ctp 3.20.9 (2, q. 5, Consuluisti.)*

---

[6] se purificare debeant – protestandi parentes *at foot of leaf* R
[7] *corr. fr.* locoll- R
[8] *ss* R
[9] sacri CRPVSM; ? B; sacrum A
[10] *after corr.* CV
[11] superstitiosa- non est *in mg.* R
[12] non *add.* A, *om.* CRPVSM, ?B

## 28*

### [1]*Nicolaus Karolo episcopo et eius suffraganeis*

De his qui non sponte homicidium commiserunt, in vicesimo secundo capitulo Ancirani concilii qualiter agere penitentiam debeant[2] diffinitum habetis. Item. Homicidas[3] post unius anni spatium liceat ecclesiam[4] intrare.

*JE +2709, ed. Perels no. 156 p. 674*

---

[1] De poenitentia eorum qui non sponte homicidium commiserint *add. as rubric* M
[2] ag. pen. deb. CRBSM; ag. deb. pen. PV; pen. ag. deb. A
[3] -das CRPVBSM; -des A
[4] lic. eccl. CRVBSAM; eccl. lic. P

## 29*

### [1]*Nicolaus Tadoni[2] archiepiscopo Mediolano[3]*

Propterea[4] de presbiteris qui non sponte homicidium perpetrarunt, et tamen homicidii noxam qua revera homicide sunt incurrunt, sancimus, ut subducti[5] a sacerdotali ministerio penitentia iuxta[6] sacros ordines[7] macerentur, et post emensis temporibus penitentie indicte[8] dignam satisfactionem prebentes, communionis[9] gratiam

---

[1] Ut presbyter homicida sacerdotali officio careat *add. as rubric* M
[2] Tab- S
[3] Nic. – Mediol. ] Idem Adelardo – ep. (*cf capp. 25, 31* ) H
[4] Propt. CRPVBSLM; Preterea A
[5] -ducti CRBSA[2]M; -diti PV; -ducta A
[6] iuxta CRPVBSM; iusta A
[7] ordines CRPVBM; canones SA
[8] penitentie indicte CRPVBSM; penitentibus indictis A
[9] -nio- *ss* A

consequantur. Intemeratis duntaxat in omnibus sacrosanctis canonibus ac apostolice sedis pontificum decretis, quibus conversis et penitentibus[10] misericordiam largiri posse et ecclesie aditum non denegamus, immo hortamur salubriter atque iubemus.
*JE 2866,ed. Perels no. 150]*

---

[10] *corr. fr.* -itudi R

## 30*

### [1]*Alexander II Wilfredo*[2] *Constantie episcopo*[3]

Dicebant se latores presentium homicidio illi, pro quo penitentia illis[4] iniuncta est, penitus non interfuisse, sed preliantibus solummodo casu[5] supervenisse. Quod si ita est, quandoquidem nec in causa homicidii, nec in culpa fuerint, misericordia super eos moti exilium eis apostolica auctoritate remisimus.
*JL 4480; CB Alex. II 7; Winroth (1993)]*

---

[1] De misericordia impendenda his qui homicidio supervenientes nec voluntate nec actione perpetraverint *add. as rubric* M
[2] Wilf- RBM; Wif- CPVS; Wiff- A
[3] Alex. – ep.] Nicholas papa – Rivoladro H (*cf capp. 27, 33)*
[4] illis $C^2$RA?M; illi CP(*in mg.*)VBS
[5] *after corr.* C

## 31*

### [1]*Alexander II Adelardo Suessionensi episcopo*

Quod in[2] triginta annorum longitudinem homicidii in treva[3] Dei[4] facti penitentiam extendistis, constitutioni huic auctoritatem non damus, quia in sacris hoc canonibus non invenimus. Tamen quoniam a prudentibus et religiosis viris treva[5] Dei pro conservanda in populo pace est constituta, omnino non reprobamus.
*JL 4623; CB Alex. II 84; Winroth (1993)]*

---

[1] Item *add.* PVB, *om.* CRSHA. De poenitentia eorum qui homicidium in treva Dei fecerint M
[2] in CRPVBAM; *om.* S
[3] treva CPVSBAM; trevia R
[4] Treva Dei videtur proprium nomen esse alicuius loci *add.* $M^2$
[5] treva CPVBSAM; trevia R

## 32*

### [1]*Pandectarum libro IX*[2], *titulo II*[3]

Mulio[4] si per imperitiam impetum mularum retinere non poterit, si alienum hominem obtriverint, vulgo dicitur culpe nomine teneri. Idem dicetur[5], etsi propter infirmitatem retinere mularum impetum non potuerit. Nec videtur iniquum si infirmitas

---

[1] Quod mulio culpabilis sit, si mulae quas ex imperitia, vel infirmitate retinere non poterat, hominem obtriverint *add. as rubric* M
[2] IX CRPVAMβ; XI B
[3] (L. VIII) *add.* M
[4] quoque *add.* Aβ, *om.* CRPVBSM
[5] -itur *Fr*

culpe adnumeretur, cum affectare quisque non debeat[6], in quo intelligere debeat[7] infirmitatem suam aliis periculosam futuram. Idem iuris est in persona eius qui impetum equi quo vehebatur propter imperitiam suam vel infirmitatem retinere non poterit. Item[8]. Lusus quoque noxius in culpa est.

*(ad legem Aquiliam, l. VIII) Dig. 9.2.8 § 1; CB Varia IA 13b-c] Ctp 3.20.10*

---

[6] -et *Fr*
[7] in quo intelligere deb. CRPVBSAβ; *om.* M
[8] (l. X) *add.* M

*[1]Nicolaus papa[2] Rivoladro[3] episcopo*

**33***

Istum Wimarum[4] ad apostolorum[5] limina festinasse cognoscite, et penitentie modum pro perpetrato trium filiorum suorum homicidio sibi impositum manifestasse. Quorum quedam temperavimus, eo quod suffragia apostolorum principis nutritoris nostri postulare devote festinavit. Nam eum ad[6] beati archangeli oraculum ire volentem[7] instantia temporis revocavit, atque constitutionis sibi imposite modum continente[8] epistolam vestre sanctitati deferendam apostolica sollicitudo transmisit. In ea igitur statutum est ita[9] ut triennio ante fores ecclesie pro peccatis suis oraturus[10] assistat[11]. Et deinde inter auditores permaneat quadriennio, ut septem annorum curricula absque communione dominici corporis ac sanguinis transeat, ita quidem[12] ut omnibus diebus [13] vite sue carnem non manducet, et[14] isto septennio vinum non sumat, nisi diebus dominicis et festivitatibus[15]. Abinde quinquennio tribus diebus per septimanam a vino abstineat[16], ut duodecim[17] annis quantitas penitentie extendatur. Liceat itaque illi uxorem propriam non deserere, ne forte incidat in adulterium[18], et pro occasione unius[19] delicti precipitetur fragilitate carnis in peius. Concessimus etenim ei calciatum ad vos[20] pervenire, ac deinde triennio discalciatum ire debere, et vestimentis secundum quantitatem [21]temporis et eris temperiem indui, atque lacte perfrui. Ceterum vero ita

---

[1] De poenitentia eius qui tres filios occiderat *add.* M
[2] papa CRBSHAM, *om.* PV
[3] -adro CRPBAM; -ardo VS
[4] Wimarum PVBSM; Wimarum Cumarum CRH; Cumarum A
[5] -lo- *ss* R
[6] eum ad CRPVBM; cum ad S; ad eundem A
[7] *corr. fr.* volantem R
[8] -nte CRBSAM; -ntem PV
[9] ita CRPVBA; *om.* SM
[10] *corr. fr.* orit- V
[11] ass- CRPVBSM; cons- A
[12] quidem CRPVBAM; *om.* S
[13] omnibus diebus CRBSA; in omnibus deibus PV; diebus omnibus M
[14] in *add.* A, *om.* CRPVBSM
[15] -atibus CRVBSM; -atum A; at' P
[16] *corr. fr.* ast- V
[17] duodecim CRPBSAM; x V
[18] -erium CRPVBSM; -erum A
[19] unius CPVBSAM; cuius R
[20] nos CRPVBS; vos AM
[21] [qualitatem, orig.] *add. Fr*

actus[22] ipsius discernentes, per omnia considerate atque disponite, quatinus et evangelica misericordia in illo agnoscatur, et canonica auctoritas conservetur. Attamen permittimus eum caseum sumere, atque possessionem suam habere, et post septimum annum usque ad diem mortis perseveret in iam dicta penitentia, atque arma nisi contra paganos non ferat.
*JE 2852, ed. Perels ep. 129, p. 650*; *CB Varia IC 32]*

---

[22] actus CRPVBSM; actis A

## 34*

### *[1]Epistola Zacharie pape in capite capitularium[2], omnibus[3] in regno Francorum constitutis*

Habuistis peccatis facientibus nunc quoque[4] falsos erroneosque sacerdotes. Unde et cuncte pagane gentes vobis pugnantibus prevalebant, quia non erat differentia inter laicos et sacerdotes, quibus pugnare licitum[5] non est. Qualis enim victoria datur, ubi sacerdotes una hora[6] dominica pertractant misteria, Christianis dominicum porrigunt corpus pro suarum animarum redemptione, et post Christianos quibus hoc ministrare, ac paganos quibus Christum predicare debuerant, propriis sacrilegis manibus[7] necant?
*BenL. 1.1(E)]*

---

[1] Quod non sit licitum sacerdotibus pugnare *add. as rubric* M
[2] Capitularium M; capit' CPV; capitul' R; capitis B; capituli S*;* cap' A
[3] episcopis *add.* M, *om.* CRPVBSA
[4] quoque CPVBSM; quosque R; usque A
[5] *corr. fr.* lit- R
[6] *om. Fr*
[7] leman- A

## 35*

### *[1]Zacharias[2] Bonefacio*

Scripsimus vobis ut nullus homicida, nullus adulter, nullus fornicator sacrum ministerium[3] debeat attrectare[4], neque penitens, ita ut talis sit[5] qualem sacri canones perhibent esse sacerdotem. De baptizatis vero ab illo, seu ecclesiis consecratis, requirit[6] tua fraternitas, si aut ecclesias in nomine Trinitatis consecravit, aut parvulos similiter baptizavit, dum sacerdotio fungebatur[7], et sic[8] consecratio ecclesiarum, et parvulorum baptisma sit confirmatum.
*cf above 1.150. CB Bon. 5 mod.]*

---

[1] Ut presbyter homicida non ministret *add. as rubric* M
[2] pro *add.* A, *om.* CRPVBSM
[3] *corr. fr.* mist- C
[4] attrec- CRP$^2$VSM; attrac- PBA; obtrec- A
[5] sit CRPVBSM; *om.* A
[6] -rit CRPVBSM; -rat A
[7] funge- RPVBSAM; fuge- C
[8] et *add.* A, *om.* CRPVBSM

**36***

*[1]Epistola prima Clementis ad Iacobum*

Homicidas et adulteros, ac cunctos criminalibus nexibus alligatos, et qui episcopis coequales non erant[2], ab eorum vexatione et accusatione docente Domino prohibebat[3], et non nisi cum[4] coequalibus aliquid sibi inferri[5] debere docebat, quia discipulum super magistrum[6] esse, aut ullam ei[7] iniuriam inferre nullatenus oportet.
*(6, q. 1, c. B. Petrus.)*

---

[1] Ne homicida vel adulter episcopum accuset. Ex *add.* M
[2] erant CRPVBSM; erat A
[3] *after corr.* C
[4] cum CRPSBM; eum V; at A
[5] *corr. to* inferre A
[6] -rum PVBSA; -ros CRM
[7] ullum ei CRPVBM; ei ullam S; illam ei A

**37***

*[1]Epistola ab Adriano papa tradita Ingelranno[2] Mediomatrice urbis episcopo, cap. 66[3]*

Homicide, malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, et qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sortilegos[4] magos[5] cucurrerint[6], nullatenus ad accusationem vel ad testimonium erunt admittendi.
*(c. 63) BD 16.4]*

---

[1] Quod homicidae venefici, et aliis criminibus notabiles ad accusationem non admittantur. Ex *add.* M
[2] -ando CPVBS; -anno R?M; -rindo A;
[3] Ep. – 66] Agathense conc. cp. xxxv (*cf c 38)* H
[4] *corr. to* –logos $C^2$
[5] magos CRPVBSM; magosque A?*Fr*
[6] cuc- CRBSA?M; conc- PV

**38***

*[1]Agathense concilium, cap. 35[2]*

[3]Homicidas et falsos testes a communione ecclesiastica submovendos, nisi penitentie satisfactione crimina admissa diluerint.
*Ctp 2.28.86] (24, q. 3, c. Itaque.)*

---

[1] Homicidas et falsos testes a communione submovendos *add. as rubric* M
[2] Ag. - 35 CRPVBSA; Ex conc. Agathensi, cap. 37 M
[3] Censuimus *add.* M, *om.* CRPVBSA

**39***

*[1]Concilium[2] Martini episcopi, cap. 10*

Si quis voluntarie homicidium fecerit, ad ianuam ecclesie catholice semper subiaceat, et communionem in exitu vite sue recipiat. Si autem non ex voluntate sed ex

---

[1] De poenitentia eius qui voluntarie homicidium fecerit *add. as rubric* M
[2] Conc. CRPVBS; Ex concilio M; Canones A

casu[3] aliquo[4] homicidium fecerit, prior canon septem annis agere penitentiam iussit, quinque secundus[5] mandavit.

*(Ex libro synodorum greca nicorum Marti. Bracar. episcopi, cap. 79) Ctp 2.47.78 (the cap. no. remains unexplained)] (Dist. 50, c. Si quis.)*

---

[3] *after corr.* C
[4] -quo CRPVBSM; -quod A
[5] quinque sec. CRPVBSM; secundus .i. A

## 40*

### [1]*Augustinus, Questionum in Exodo cap. 42*[2]

Si autem cornu percusserit taurus[3] virum aut mulierem, et mortuus fuerit, lapidibus lapidabitur taurus, et non manducabuntur carnes eius; dominus autem tauri[4] innocens erit. Ad iustitiam pertinet ut animal hominibus noxium perimatur. Et quod de tauro positum est, a parte totum intelligendum est[5].

*Quaest. in Heptateuchum (*CC *33) ii. q. 81]*

---

[1] Quid de tauro agendum sit si hominem occiderit *add. as rubric* M
[2] cap. 42 CRPVSA; *om.* M; ? B
[3] *corr. fr.* –rum A
[4] [tauri non est in orig.] *add. Fr*
[5] CRPVBS *end.* quicquid de pecoribus usui humano subditum infestum est hominibus *add.* M; hominibus occidi *add.* A

## 41*

### [1]*Capitularium lib. I, cap. 64*[2]

Non occidatur homo, nisi lege iubente.

*Anseg. 1. [64b] qv]*

---

[1] Ut homo non occidatur, nisi iubente lege. *add. as rubric* M
[2] 64 CRPVBAM; 54 S

## 42*

### [1]*Capitularium lib. III, cap. 4*

Si aliquis[2] post pacificationem alterum occiderit, componat illum, et perdat manum quam[3] periuravit, et insuper bannum dominicum[4] solvat.

*Anseg. 3.4b]*

---

[1] De poena eius qui post pacificationem alterum occiderit. *add. as rubric* M
[2] aliquis CRBSAM; quis PV
[3] quam CRPVS; ? B; q' A; qua M
[4] dominic-] domic- A

**43***

*[1]Capitularium lib. V, cap. 197*

Qui per odium vel malum ingenium, et nisi propter iustitiam faciendam hominem punierit, honorem suum perdat, et legibus contra quem iniuste fecit, secundum penam quam intulerit emendet.

*BenL 1.197b(E)] IP 8.9*

---

[1] Ut nullus nisi pro iustitia hominem puniat *add. as rubric* M

**44***

*[1]Capitularium lib. IV, cap. 17*

Qui hominem publicam penitentiam agentem interfecerit, bannum nostrum in triplo componat, et vvirgildum[2] eius proximis eius persolvat.

*Anseg. 4.17; cf RegP 2.30, below 16.276]*

---

[1] De poena eius qui poenitentem occiderit *add. as rubric* M
[2] [vverghildum] *add.* M

**45***

*[1]Capitularium lib. VII, cap. 124*

Sacerdotes neque Christianorum neque paganorum sanguinem[2] fundant.

*BenL 3.124(B) mod.]*

---

[1] Ut sacerdos nec Christiani nec pagani sanguinem fundat *add. as rubric* M
[2] pag. sang. CRPBSAM; sang. pag. V

**46***

*[1]Cap. 212[2]*

Qui hominem voluntarie occidere voluerit, et perpetrare non potuerit, ut homicida puniatur[3].

*BenL 3.212(B)]*

---

[1] Quod voluntas occidendi pro homicidio reputetur *add. as rubric* M
[2] 212 CRVSAM; 221 P; 222 B
[3] -iatur CRPVBSM; -ietur A

**47***

*[1]Cassiodorus in prologo[2] Tripartite historie lib. IX, cap. 30*

Cladem plenam valde gemitibus audiens Ambrosius, cum princeps Theodosius Mediolanum venisset, et solempniter in sacrum voluisset intrare templum, occurrit foras[3] ad ianuas, et ingredientem his sermonibus a sacri liminis ingressu prohibuit, Nescis,

---

[1] De induciis homini dandis a iudicibus, antequam occidatur *add. as rubric* M
[2] in prol. CRPVBSA; *om.* M
[3] foras CPVBSAM; foris R

imperator, perpetrate necis[4] a te quanta sit magnitudo, neque[5] post causam[6] tanti furoris mens tua molem presumptionis agnoscit? Sed forte recognitionem peccati prohibet potestas imperii; decet tamen ut ducat[7] ratio potestatem. Item. [8]Ambrosius inquit[9] imperatori, Quoniam furori tuum iudicium commisisti, et non ratio protulit sententiam, sed potius iracundia, scribe legem que decreta furoris evacuet, et in hac triginta diebus[10] sententia[11] atque proscriptionis in litteris tantummodo maneat, et iudicium rationis expectet. Quibus transactis diebus, ira videlicet iam cessante, ratio causam iudicans apud semetipsam que cognoverit sub veritate disponat. In his enim diebus agnoscetur, aut[12] iusta sit quam protuleris aut[13] iniusta sententia. Et si quidem ratio probaverit iniusta[14] que sunt prolata, dirumpet; si vero iusta, firmabit. Dierum vero numerus ad hec examinanda sufficiet. Hanc admonitionem imperator animo libenti suscipiens, et optimam esse confidens, legem conscribi repente precepit, et proprie manus litteris confirmavit. Quo facto, vinculum eius absolvit Ambrosius. Que lex hactenus observatur[15]. Est enim huiusmodi, Imperator Gratianus, Valentinianus et Theodosius augusti, Flaviano prefecto pretorii Illirici. Si vindicari[16] in aliquos severius contra nostram consuetudinem pro cause intuitu iusserimus, nolumus[17] statim eos aut subire penam, aut excipere[18] sententiam, sed per dies triginta super statu eorum sors et fortuna suspensa sit.
*Historia Tripartita ix. 30 (*CSEL *71. 541, 544-5)] Ctp 3.20.11-12; IP 8.10 from* Est enim huiusmodi. Imperator

---

[4] [caedis, orig.] *add. Fr*
[5] sit *add. and canc.* B
[6] causam CRPVBSA; pausam M
[7] ducat CRPVBS; vincat MA, [ducat] *add.* M, Vict. *add. Fr*
[8] (ibidem post aliquam multa) *add.* M[2]
[9] inquit *here* CRPVBSA; *after* Quoniam M
[10] (Tripart. hist. hodie sic legit, ut triginta diebus, etc.) *add.* M[2]
[11] necis *add.* M, *om* CRPVBSA
[12] aut CRPVBSA; an M
[13] aut CRPVBSA; an M
[14] iniusta CRPVSM; iusta A; ? B
[15] -atur CRPVBSM; -etur A
[16] -ari CRPVBSM; -aris A
[17] tamen *add. and canc.* S
[18] *corr. fr.* explere S

## 48*

### [1]*Vita beati Ambrosii*

Maximum imperatorem a communionis consortio segregavit Ambrosius, admonens ut effusi sanguinis domini sui, et, quod est gravius[2], innocentis[3], ageret penitentiam, si sibi apud Dominum vellet esse consultum. Causa Thessalonicensis[4] civitatis non minima tribulatio successit Ambrosio, cum pene comperisset civitatem[5]

---

[1] Quod Theodosium imperatorem beatus Ambrosius propter indiscretum homicidium ab ingressu ecclesiae prohibuit. Ex *add.* M
[2] est grav. CPVBSAM; grav. est R
[3] *corr. fr.* –tes A
[4] -onicensis CRPVBSA; -onensis M
[5] *ss* P

deletam. Promiserat enim illi imperator se[6] veniam daturum civibus supradicte civitatis, sed agentibus comitibus occulte cum imperatore, ignorante sacerdote[7], usque ad horam tertiam gladio civitas est donata, atque plurimi interfecti sunt innocentes. Quod factum ubi comperisset sacerdos, copiam imperatori ecclesiam ingrediendi denegavit, nec prius iudicavit dignum cetu ecclesie vel sacramentorum communione quam publicam ageret penitentiam.
*(auctore Paulino)*; *catena from Bastiaensen (ed.),* Vite dei santi *iii (1975), 76, 84]*

---

[6] se CRPVBSM; si A
[7] ign. sac. CRPVBSA; sac. ign. M

**49***

*[1]Institutionum lib. IV, titulo III*

Si quis alienum[2] alienamve quadrupedem que pecudum numero sit, iniuria occiderit, quanta[3] ea res in eo anno plurimi fuit[4], tantum domino dare dampnetur. Quod[5] non precise de quadrupede, sed de ea tantum que[6] pecudum numero est cavetur. Eo pertinet ut, neque de feris bestiis neque de canibus cautum esse intelligamus, sed de his tantum que[7] proprie pasci dicuntur, quales sunt equi, muli, asini, boves, oves, capre. De suibus quoque[8] placuit; nam et sues pecorum appellatione tenentur[9], quia et hi gregatim pascuntur. Item.[10] Iniuria occidere intelligatur[11], que[12] nullo iure occiderit[13]. Itaque qui latronem[14] occiderit, non tenetur, utique si aliter periculum effugere non potest. Ac[15] ne is[16] quidem hac lege tenetur qui[17] casu occidit, si modo culpa eius nulla inveniatur; nam alioquin non minus ex dolo quam ex culpa quisque hac lege tenetur. Itaque si quis dum iaculis ludit vel exercetur, transeuntem servum tuum traiecerit, distinguitur. Nam si id a milite qui in[18] campo ubi solitum est exercitari admissum est, nulla culpa eius intelligitur. Si alius tale quid admisit, culpe reus est. Idem iuris est de milite, si se[19] in alio loco quam qui exercitandis[20] militibus destinatus est id admisit. Item. Si putator ex arbore deiecto ramo servum tuum transeuntem occiderit; si prope viam publicam aut vicinalem id factum est, neque proclamavit ut[21] casus evitari posset, culpe reus est. Si[22] proclamavit, neque

---

[1] De diversis materiis homicidiorum et poena eorum *add. as rubric* M
[2] alienum CRPVSBH; hominem alienum A; alienum hominem M
[3] quanta CRPVBS; quarta A; quanti M
[4] fuit CRPVBSA; fuerit M
[5] autem *add.* M, *om.* CRPVBSA
[6] de *add.* S
[7] gregatim *add.* M, *om.* CRPVBSA
[8] idem *add.* M, *om.* CRPVBSA
[9] tenentur CRPVBSA; continentur M
[10] paulo post. *add.in mg. Fr*
[11] -atur CRPVBSM; -itur A *Fr*
[12] que CRPVBS; qui AM
[13] -derit CRPVBS; -dit AM
[14] insidiantem *add.* M, *om.* CRPVBSA
[15] Ac CRPVBSM; hac A
[16] is CRPVBSM; his A
[17] qui PVAM; quia CRBS
[18] qui in CRPVBSA; qui in eo M; eo *Fr*
[19] *om. Fr*
[20] -andis CRPVBM; -atis S; -antis A
[21] ut CRPBSAM; aut V

ille curavit[23] cavere, extra culpam est putator. Extra culpam eque[24] esse intelligitur, si seorsum a via forte, vel in medio fundo cedebat, licet non clamaverit[25], quia eo loco nulli extraneo ius fuerat versandi. Preterea si medicus, qui servum tuum secuit, dereliquerit curationem, atque ob id mortuus fuerit servus, culpe reus est. Imperitia quoque[26] adnumeratur, veluti si medicus ideo servum tuum occiderit, quod eum male secuerit, aut per vim[27] ei medicamentum dederit. Impetum[28] quoque mularum, quas mulio propter imperitiam retinere non potuerit[29], si servus tuus oppressus fuerit, culpe reus est mulio. Sed etsi propter infirmitatem retinere eas non potuerit, cum alius firmior retinere posset[30], eque culpa tenetur. Eadem placuerunt de eo quoque, qui cum equo veheretur, impetum eius aut propter infirmitatem, propter imperitiam suam retinere non possit, aut propter infirmitatem.[31] His autem verbis legis, quanti in eo anno plurimi fuerit, illa sententia exprimitur, ut si quis hominem tuum qui hodie claudus, aut luscus, aut mancus[32] erat, occiderit, qui in eo anno integer aut pretiosus fuerit non tanti teneatur quanti is[33] hodie erat, sed quanti in eo anno plurimi fuerit; qua ratione creditum est penalem esse huius legis actionem. Item.[34] Si quis ex pari mularum unam, vel ex quadrigis equorum unum occiderit, vel ex collegis[35] unus servus fuerit occisus; non solum occisi[36] sit estimatio, sed eo amplius id quoque computatur quanto[37] depretiati sunt qui supersunt. Item[38]. Si quis hominem alienum, aut pecus ita induxerit[39] ut et[40] fame necaretur, aut iumentum tam vehementer egerit ut rumperetur, aut pecus in tantum exagitaverit ut precipitaretur, aut si quis alieno servo persuaserit ut in arborem ascenderet, vel in puteum descenderet, ut[41] is ascendendo vel descendendo[42] mortuus fuerit, vel aliqua parte corporis lesus erit, utilis in eum actio datur. Sed si quis alienum servum de ponte[43], aut de ripa in flumen deiecerit, et is suffocatus fuerit, eo quod proiecerit corpore suo dampnum dedisse, non difficiliter[44] intelligi poterit[45].
*Inst. 4.3.pr, 1-10, 16; CB Varia IA 44 to* huius legis actionem *only.*

---

22 Si CRPVBS; Sin AM
23 ille curavit] curavit ille *before corr.* C
24 Extra culpam eque CRPVBSM; Eque extra culpam A
25 clam- CRPVBSA; procl- M
26 culpe *add.* M, *om.* CRPVBSA
27 per vim CRPVBS; per *and lacuna* A; perperam M
28 -etum CRPVBSA; -etu M
29 ret. non pot. PVBSA; non pot. ret. CR$^2$M; non pot. non ret. R
30 posset CRPVBSA; potuisset M
31 propter imperitiam suam – propter infirmitatem CRPVBSA; aut propter infirmitatem aut propter imperitiam suam retinere non potuerit M
32 luscus aut mancus CRPVBSA; mancus aut luscus M
33 is CRPVBSA; hic M
34 Item RPVBSAM; *om.* C. (ibidem aliquanto post) *add.* M
35 collegis CRPVBS; comedis A; comedis [collegis] M
36 occisi CRSM; excisi PVBA
37 quanto CRBSAM; quando PV
38 (ibidem sub finem) *add.* M
39 induxerit CRPVBSHA; incluserit M (induxerit) *add.* M$^2$, Vict. *add. Fr*
40 et CRPVBSA; *om.* R$^2$M
41 ut CRPVBS; et AM
42 -dendo CRPVBSM; -do A
43 de ponte *ss* S
44 -ciliter CRPVBSAM; -culter R$^2$*Fr*
45 ideoque Aquilia lege tenetur *add. Fr, om.* CRPVBSHAM

**50***

*[1]Institutionum[2] lib. IV, tit. VI*

Si quis hominem claudum aut luscum[3] occiderit, qui eo anno integer et pretii magni fuerit, tantum dampnatur[4] quantum[5] in eo anno plurimi fuerit[6].

*Inst. 4.6.19; CB Varia IA 46b] Ctp 3.20.13*

[1] De dampnatione eius qui hominem claudum vel luscum occiderit *add. as rubric* M
[2] -ionum CPBSAM; -inum R; Inst' V
[3] *corr. fr.* lustum R
[4] quod *add.* A, *om.* CRPVBSM
[5] (is homo inseritur in orig.) *add. Fr*
[6] erit *Fr*

**51***

*[1]Iohannes VIII Cennomoco Venetiensi[2] episcopo*

Miror minus doctam sententiam[3] tuam sacerdotem[4] putare post perpetratum homicidium, posse in sacerdotio ministrare, immo, quod est ineptius, nobis suadere velle ut ipsi tali presumptioni preberemus assensum. Quis enim tam demens tamque perversi sensus tale quid estimaret, vel post quantamcumque[5] penitentiam concedendum, cum omni sit canonice discipline contrarium? Debet ergo sacerdotio privatus lacrimarum fonte flagitium tam immane diluere ut, talibus saltem remediis curatus, salutis possit invenire suffragium.

*JE 3010; ed. Caspar no. 51 p. 304; CB Ioh. VIII 48a.; Ctp 1.63.6, cf 6.114 above] IP 3.153*

[1] Ut presbyter homicida sacerdotio careat *add. as rubric* M
[2] -iensi CRBM; -icensi PVSA; -ensi H
[3] sententiam CRPVBSM; scientiam A
[4] *ss* V
[5] -amcumque CRPVBSM; -acumque A

**52***

*[1]Iohannes VIII Ludovico imperatori*

Qualiter Raginaldus[2] Castri Felicitatis episcopus super homicidio tam penes apostolicam, quam penes imperatoriam sedem, publico[3] murmure fuerit denotatus, et Gregorio dilecto filio nomenclatore[4] misso, et apocrisiario[5] sancte sedis nostre cum Georgio illustre[6] magistro militum, ac vestiario[7] sacri nostri patriarchii, apud dilectissimam filiam nostram imperatricem Augustam consistente, a matre perempti iuvenis aliisque parentibus fuerit impetitus[8], et ad purificandum se a nobis per frequentes[9]

[1] De excommunicatione et irrecuperabili dispositione homicidae episcopi *add. as rubric* M
[2] Raginaldus PVBS; Rainaldus CRM; Ragenaldus A
[3] *corr. fr.* ica R
[4] nomenclatore CR[2]PVBM; nomendatore R; nomencdore A; nomen latore S
[5] apocr- CRPVBSM; apr- A
[6] -tre PVBSA; -tri CRM
[7] vestiario CPVBSAM; Venestario R*Fr*
[8] -petitus RPVBSAM; -peritus C
[9] per freq- *corr. fr.* perseq- P

excommunicatorias epistolas accesserit[10] Romam coactus, serenitati vestre credimus manifestum. Sed quia idem[11] Romam veniens purgationis sue tempus preripuit, et indicta pro se sinodo deputatum sibi a nobis locum fraudulentus excedens, more furis per urbis se muros deiecit, et vera fuisse crimina que sibi illata sunt iudicium subterfugiens propalavit, hunc auctoritate Dei omnipotentis[12], sanctorum apostolorum principum, et nostre mediocritatis ab omni ecclesiastica simul et Christiana communione penitus sequestramus.
*JE 3015; ed. Caspar ep. 56 p. 309; CB Ioh. VIII 53]*

---

[10] accesser- CRVBS; acerser- PAM
[11] idem $C^2$RSM; isdem PVB; hisdem A
[12] et *add.* $R^2$, *om.*CPVBSAM

## 53*

### [1]*Augustinus Questionum* <u>*in*</u>[2] *Exodo cap*[3]. *84*

Si autem perfodiens inventus fuerit fur, et percussus mortuus fuerit, non est illi homicidium. Si autem oritur sol super eum, reus <u>est</u>[4], morte moriatur. Intelli<u>gatur</u>[5] ergo tunc non pertinere ad homicidium si fur nocturnus occiditur, si autem d<u>iurnus</u>[6] pertinere. Hoc est enim quod ait, Si orietur sol super eum; poterat quippe discerni quod ad furandum non ad occidendum venisset, et ideo non deberet occidi[7]. Hoc et in legibus antiquis secularibus, quibus tamen ista est antiquior, invenitur, impune occidi <u>furem nocturnum</u>[8] quo<u>modo</u>[9] diurnum[10], si se[11] telo defenderit. Iam enim plus est quam fur.
*Augustine, Quaestiones in Heptateuchum (*CC *33) ii qu. 84]*

---

[1] Quod non homicidium, si fur nocte domum perfodiens occisus fuerit *add. as rubric* M
[2] in CRPVBSM; *om.* A
[3] cap. CRPVBSA; quaest. M
[4] et *add. Fr*
[5] -itur *Fr*
[6] diurnus CRPVBSM; durius A
[7] (ff. ad l. Aquiliam, l. IV) *add.* $M^2$
[8] fur. noct. CRPVBSM; noct. fur. A
[9] quo *add.* A, *om.* CRPVBSM
[10] autem *add.* A, *om.* CRPVBSHM
[11] [Aug. hodie sic legit, quoquomodo diurnum autem si se, etc.] *add.* $M^2$, et sic antiq. codex S. Germ. *add. Fr*; CRPVBSAM *as here*

## 53A* (SA)

### *Nich' Vmfredo Morinensis ecclesie episcopo*

Clericum autem qui paganum occiderit non oportet ad gradum maiorem provehi, qui carere debet acquisito. Homicida est enim. Nam cum discreti sint milites seculi a militibus ecclesie non convenit militem ecclesie seculo militare, per quod ad[1] effusionem sanguinis necesse sit pervenire. Denique, sicut turpe ac perniciosum est laicum missas facere, sacramenta corporis et sanguinis Christi conficere, ita ridiculum et inconveniens est clericum arma sustollere et ad bella procedere, cum Paulus egregius dicat, Nemo

---

[1] ad S, *om.* A

militans Deo implicat se negotiis secularibus. Ac si liquido versa vice dicat, Nemo militans mundo implicat se negotiis spiritualibus.
*JL 2688 (ed. Perels no. 104), Ctp 1.62.48; cf above 6.120]*

**54***

*[1]Urbanus II Godefrido[2] Lucano episcopo*

Excommunicatorum interfectoribus, prout morem Romane ecclesie nosti, secundum ipsorum intentionem[3] modum congrue satisfactionis iniunge. Non enim eos homicidas arbitramur quos[4] adversus excommunicatos zelo catholice matris ardentes, eorum quoslibet trucidasse contigerit. Ne[5] tamen eiusdem ecclesie matris disciplina deseviat[6], tenore quem diximus penitentiam eis indicito[7] congruentem, qua divine simplicitatis oculos adversus se complacare pervaleant, si forte quid[8] duplicitatis pro humana fragilitate in eodem flagitio contraxerunt.
*Ctp 3.20.14; IP 8.11 from* Non enim eos *to* contigerit

---

[1] Quod non sint homicidae aestimandi qui excommunicatos zelo ecclesiae occiderint *add. as rubric* M
[2] Godef- CRPVBSM; Gotef- A
[3] *corr. fr.* –num A
[4] quos PVSA;quod CRM; ? B
[5] Ne CPVBSAM; Nec R
[6] desev- CRPVBSM; deserv- A
[7] indicito CRPVBSM; interdicto A
[8] quid CRPVBSM; quod A

**55***

*[1]Augustinus de nuptiis et concupiscentia[2]*

Aliquando eo usque pervenit hec libidinosa crudelitas vel libido crudelis, ut etiam sterilitatis venena procuret, et si nichil valuerint, conceptos[3] fetus aliquo modo intra viscera extinguat ac fundat, volendo suam prolem[4] prius interire quam vivere, aut si in utero vivebat, occidi antequam nasci. Prorsus si ambo[5] sunt, coniuges non sunt, et si ab initio tales fuerunt, non sibi[6] per connubium, sed per[7] stuprum potius convenerunt. Si autem ambo non sunt tales, audeo dicere, aut illa est quodammodo mariti meretrix, aut ille adulter uxoris.
CSEL *42. 230, i. 15] Ctp 3.20.15 (32, q. 2, c. Aliquando)*

---

[1] De illis qui fetus in utero occidunt *add. as rubric* M
[2] -ntia SAM; -ntiis RVB; CP *uncertain*
[3] -ptos CRPVBSM; -pto A
[4] suam prolem CRPBSM; prolem suam V; suum prolem A
[5] [tales sibi, orig.] *add. Fr*
[6] sibi PVBA; nisi S; *om.* C(*with lacuna*)RM
[7] per $C^2$RPVBSM; *om.* C; pro A

## 56*

*[1]Augustinus in Exodo questionum cap. 42[2]*

Quod non formatum puerperium noluit ad homicidium pertinere, profecto nec hominem deputavit, quod tale[3] in utero geritur[4]. Hic de anima questio solet agitari, utrum quicquid[5] formatum non est, nec animatum quidem possit intelligi, et ideo non sit homicidium, quia nec[6] animatum[7] dici potest[8], si adhuc animam non habebat. Item[9]. Si illud informe puerperium iam quidem fuerat[10], sed adhuc quodammodo informiter animatum, quoniam magna de anima questio non est precipitanda indiscussa temeritate sententie, ideo lex noluit ad homicidium pertinere, quia nondum dici potest anima viva in eo corpore, quod sensu caret.

*Quaestiones in Heptateuchum ii qu. 80,* CC *33] Ctp 3.20.16; IP 8.12 (32, q. 2, c. Quod vero non formatum.)*

---

[1] Quare lex non formatum puerperium noluit esse homicidium *add. as rubric* M
[2] in Ex. qu. cap. 42 CRPBS; quest. in Exodo cap. 42 VA; lib. Quaest. in Exod. M
[3] tale CRPVBSM; talem A
[4] geritur CRPVBHAM; agitur S
[5] quicquid CRPVBSM; quod quod A
[6] nec CRPVSHAM; neque B
[7] anim- CRHASM; exan- PVB
[8] pot. dici P *before corr.*
[9] (ibidem paulo post) *add.* M[2]
[10] [fuerit] *add.* M, orig. *add. Fr*

## 57*

*[1]Augustinus[2] questionum de Veteri et Novo[3] Testamento, cap. 23*

Moises tradidit, Si quis percusserit mulierem in utero habentem, et abortierit, si formatum fuerit[4], det animam pro anima; si autem informatum fuerit, multetur pecunia, ut probaret non esse animam ante formam. Itaque si iam formato corpori datur, non in conceptu corporis nascitur[5] cum semine dirivata. Nam si cum semine et anima existit, ex anima multe anime cotidie pereunt, cum semen fluxu quodam non proficit nativitati. Sed si prius[6] respiciamus, videbimus quid sequi debeamus. Contemplemur facturam Ade. In Adam enim exemplum datum est, ut ex eo intelligatur, quia iam formatum corpus accepit animam. Nam potuerat[7] animam limo terre admiscere et sic formare corpus, sed ratione informabatur, quia primum oportebat domum compaginari, et sic habitatorem induci. Anima certe quia spiritus est, in sicco habitare non potest, ideo in sanguine fertur. Cum ergo liniamenta[8] compacta non fuerint, ubi erit anima?

*Ambrosiaster - Quaestiones Veteris et Novi testamenti qu. 23 para. 2 (*CSEL *50.50)] Ctp 3.20.17; IP 8.13 (32, q. 2, c. Moyses.)*

---

[1] Quod anima formato corpori infundatur *add. as rubric* M
[2] lib. *add.* M
[3] Vet. et Novi CRPVBAM; Novi et Vet. S
[4] fuerit CRPVBSM; fuerint A
[5] nascitur CPVBSAM; *om.* R
[6] [propius, orig.] *add. Fr*
[7] -uerat CRPBSAM; -erat V
[8] liniamenta CRPVBSM; linimenta A. [corporis, orig.] *add. Fr*

## 58*

*[1]Hieronimus ad Gasium de questione[2]*

Sicuti semina paulatim formantur in utero, et tamdiu non reputatur[3] homicidium[4], donec elementa confecta suas imagines membraque suscipiant, ita sensus[5] ratione conceptus, nisi in opera proruperit, adhuc ventre retinetur, et cito ab hostio[6] perit.

*Hieronimus, ep. 121 (*CSEL *56. 16)] Ctp 3.20.18; IP 8.14 (32, q. 2, c. Sicuti semina.)*

---

[1] De informato corpore *add. as rubric* M
[2] ad Gasium (Gelasium R) - quest. CRPVBSA; ad Algasiam, quaestione 4 M
[3] *corr. fr.* -antur P
[4] (Apud Hiero. est Homo, quae vera est lectio, quamquam alteram et Gratianus habeat) *add.* M[2]
[5] sensus CRPVBM; *om.* S; sensu A
[6] ab hostio CRPVBSHLA; abortio M; [ab hoste Grat.] *add. Fr*

## 59*

*[1]Augustinus ad Bonefacium[2]*

Querant[3] schismatici[4] ab apostolo quam ecclesiam significabat Sara[5], quando persecutionem faciebat ancille. Liberam[6] quippe matrem nostram celestem Ierusalem, id est veram Dei[7] ecclesiam, in illa muliere dicit[8] fuisse figuratam que affligebat ancillam. Si autem melius discutiamus, magis illa persequebatur Saram superbiendo quam illam Sara[9] coercendo. Illa enim[10] deficiebat[11] iniuria[12], ista imponebat superbie disciplinam. Deinde[13] quero, si boni et sancti nemini[14] faciunt persecutionem, sed tantum modo patiuntur, cuius putant esse in psalmo vocem[15], ubi legitur, Persequar inimicos meos et comprehendam illos, et non convertar donec deficiant? Si ergo verum dicere vel agnoscere volumus, est persecutio iniusta quam faciunt impii ecclesie Christi, et est persecutio iusta quam faciunt impiis ecclesie Christi. Ista itaque beata est, que persecutionem patitur propter iustitiam; illi vero miseri, qui persecutionem patiuntur propter iniustitiam[16]. Proinde ista persequitur diligendo, illi seviendo; ista ut corrigat, illi ut evertant; ista ut revocet ab errore, illi ut precipitent in errorem[17]; denique ista persequitur inimicos, et comprehendit donec deficiant in vanitate, ut in veritate[18]

---

[1] Quod boni iuste et pie persequuntur malos, mali autem iniuste bonos *add. as rubric* M
[2] comitem *add.* M, *om.* CRPVBSA
[3] Querant CPBSM; Fuerant RVL; [ ]erant A
[4] -ici CRPVBSM; -icis A
[5] *in mg.* P
[6] -eram CRPVBSM; -era A
[7] *ss* S, *with* mulie *canc. in text*
[8] dicet A?
[9] illam Sara CRPVBSM; illa Saram A
[10] enim CRPBSAM; *om.* V
[11] deficiebat CRPVBSAM; domine faciebat M *(with Augustine)*
[12] -ria RPVB; -riam CAM
[13] Querant – Deinde *om.* H
[14] *corr. fr.* –ine A
[15] esse in ps. vocem CRPVBS; esse in ps voce A; in ps. esse vocem M
[16] iniust- CRPVBBSM; iust- A
[17] -orem CRPVSM; -ore A
[18] veritate CRPVBSAM; vanitate *Fr*

proficiant. Item[19]. Schismatici dicunt[20], Cui vim Christus intulit, quem coegit? Ecce habent apostolum Paulum, agnoscant in eo prius cogentem Christum et postea docentem, prius ferientem et postea[21] consolantem. Mirum est autem quomodo ille qui pena corporis ad evangelium coactus intravit, plus illis omnibus qui solo verbo vocati sunt in evangelio laboravit, et quem maior timor compulit ad caritatem[22], eius perfecta caritas foras mittit [23]timorem, Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios ut redirent, et si[24] perditi filii coegerunt alios[25] ut perirent? Quamvis etiam illos quos non coegerunt sed tantummodo seduxerunt, si per terribiles sed[26] salubres leges in[27] eius gremio revocetur[28], blandius pia mater amplectitur, et de illis multo amplius, quam de his quos nunquam perdiderat gratulatur. An non pertinet ad diligentiam pastoralem, etiam illas oves que non violenter erepte, sed blande leniterque seducte a grege aberraverint, et ab alienis ceperint possideri, inventas ad ovile Dominicum, si eos[29] resistere voluerint, flagellorum terroribus, vel etiam doloribus revocare? Item[30]. A Christo coactum ostendimus Paulum. Imitatur itaque ecclesia in istis cogendis Dominum suum, que prius ut neminem cogeret expectavit, ut de fide regum[31] atque gentium predicatio prophetica compleretur. Etiam hinc non absurde intelligitur apostolica illa sententia, ubi Paulus beatus[32] dixit, Parati ulcisci omnem inobedentiam, cum completa fuerit prior obedientia vestra[33]. Unde et ipse Dominus ad magnam cenam suam prius convivas adduci iubet, postea cogi. Nam cum ei servi respondissent, Domine, factum est quod iussisti, et adhuc locus est[34], Exite, inquit, in vias et sepes, et quoscumque inveneritis cogite[35] intrare. In illis ergo qui leniter primo adducti sunt, completa est prior obedientia; in istis autem qui coguntur, inobedentia coercetur[36]. Item[37]. Si potestatem[38] quam[39] per religionem ac fidem regum, tempore quo[40] debuit divino munere accepit ecclesia, hi qui inveniuntur in viis et sepibus, id est in heresibus et schismatibus, coguntur intrare, nec[41] quia coguntur reprehendant, sed quia[42] coguntur attendant. Item[43]. Maximianus episcopus Vagiensis auxilium petivit ab imperatore

---

[19] (ibidem post multa) *add.* M$^2$
[20] Sch. dicunt CRPVBSM; Dic. sch. A
[21] docentem, prius ferientem et postea *ss* R
[22] carit- CRVBSAM; clarit- P
[23] mittit CRPVBSA; misit M
[24] et si CRPVBS; si AM
[25] *ss* S
[26] per *add* CRM, *om.* PVBSA
[27] *ss* P
[28] -etur CRPVBS; -entur AM
[29] eos CRBSA; eis R$^2$PV; *om.* M
[30] (post pauca) *add.* M$^2$. Schismatici dicunt, Cum – Item. *om.* HL
[31] regum CRPVBSM; regunt A
[32] Paulus beatus CRPBSAM; beatus Paulus V
[33] obedientia vestra CRPVBAM; vestra obed. S
[34] locus est CRBM; est locus PVSA
[35] cogite PVBSA; cogetis CRM
[36] coercetur CRPVBSM; coheretur A
[37] (paulo post) *add.* M$^2$
[38] -atem CRPVBSA; -ate M
[39] habent *add.* A, *om.* CRPVBSM
[40] quo CRPVBSM; quod A
[41] nec CRPVBSA; non M
[42] quia CRP; qua VBS; *om.* A; quo M. coguntur rep. sed quia *ss* R
[43] (post aliquam multa) *add.* M$^2$

Christiano contra hostes ecclesie, non tam sui ulciscendi causa quam tuende ecclesie sibi credite. Quod si pretermisisset, non eius fuisset laudanda patientia[44], sed negligentia merito culpanda. Neque enim et apostolus Paulus vite sue transitorie, sed ecclesie Dei consuluit[45], quando contra illos qui eum occidere conspiraverant, consilium illorum ut tribuno proderetur effecit. Unde factum est ut eum ad locum quo fuerat perducendus deduceret miles armatus, ne illorum pateretur insidias. Item[46]. Quis enim nostrum velit non solum aliquem inimicorum perire, verum etiam aliquid perdere? Sed si aliter non meruit habere pacem domus David, nisi Absalon filius eius in bello quod contra patrem[47] gerebat, fuisset extinctus quamvis magna cura mandaverit[48] suis ut eum quantum possent vivum salvumque servarent, et[49] esset cui penitenti paternus affectus innotesceret[50], quid ei restitit nisi perditum flere, et sui regni pace acquisita[51] suam mestitiam consolari?
*(M: epist. 50); catena from Augustine ep. 185,* CSEL *57, pp. 9-10, 21-3, 25-6, 29]Ctp 3.20.19 (23, q. 4, c. Si Ecclesia.), (22, q. 6, c. Schismatici.), (23, q. 3, c. Maximianus.), (23, q. 5, c. Quis enim.)*

---

[44] patiendtia A
[45] cons. CRPVBSM; *om.* A
[46] (ibidem aliquanto post) *add.* M[2]
[47] patrem CRPV[2]BSM; parem V; partem A
[48] -erit PVBSA; -erat CRM
[49] et CRPVBSA; ut M
[50] innotesceret C?RPVBSA; ignosceret C[2]M
[51] acquisita CRPVBAM; restituta <sive adq.> S

**60***

*[1]Augustinus de sermone Domini in monte, libro primo*

Ea vindicta que non prohibetur[2] ad correptionem valet. Etiam ipsa enim[3] pertinet ad misericordiam. Nec impedit illud propositum quo quisque paratus est ab eo quem correptum esse vult, plura perferre. Sed huic vindicte referende[4] non est idoneus, nisi qui odium quo solent flagrare qui se vindicare desiderant, dilectionis mansuetudine superaverint[5]. Non enim metuendum est, ne odisse parvulum filium parentes videantur, cum ab eis vapulat peccans ne peccet ulterius. Et certe perfectio dilectionis ipsius Dei Patris imitatione nobis proponitur, cum in sequentibus dicitur, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos[6], et orate pro eis qui vos persequuntur. Et tamen de ipso dicitur per prophetam, Quem enim diligit Dominus corrigit, flagellat autem omnem filium quem[7] recipit. Dicit et Dominus, Servus qui nescit voluntatem domini sui, et facit digna plagis vapulabit pauca[8], servus autem qui scit[9] voluntatem domini sui, et facit digna plagis, vapulabit multa[10]. Non ergo[11] nisi ut et ipse vindicet cui rerum ordine potestas

---

[1] Quod non sit idoneus ad exercendam vindictam nisi qui superavit odium mansuetudine *add. as rubric* M
[2] que non proh. CRPVBS; non proh. que AM
[3] Etiam ipsa enim CRPVBSAM; Ipsa enim etiam *Fr*
[4] refer- CRPBSAM; prefer- R[2]; exerc- V
[5] -erint CRPBSA; -erit VM
[6] oder. vos CRPVBSM; vos hoder- A
[7] quem CRPVBSM; *om.* A
[8] pauca CRPVBSA; paucis M
[9] scit CPVBSM; nescit RA
[10] multa CRPVBSA; paucis A[2]; multis M. Servus autem qui scit – multa *in mg.* R
[11] queritur *add.* M, *om.* CRPVBSA?

data est, et ea voluntate vindicet[12], qua pater[13] parvulum[14] filium quem[15] per etatem odisse nondum potest. Hinc enim apertissimum exemplum dicitur[16], quo satis appareat posse peccatum amore potius vindicari quam impunitum relinqui, ut illum[17] quem[18] vindicat, non pena miserum, sed correptione[19] beatum[20] velit, paratus tamen si opus sit equo animo plura tolerare ab eo illicita[21], quem vult esse correptum[22]; sive in eum habeat potestatem coercendi, sive non habeat.[23] Magni autem et sancti viri, qui iam optime scirent mortem istam que animam dissolvit[24] a corpore non esse formidandam, secundum eorum tamen animum qui illam timerent, nonnulla peccata morte puniverunt[25], quo et viventibus utilis metus incuteretur, et illis qui morte puniebantur non[26] ipsa mors noceret, sed peccatum quod augeri posset, si viverent. Non temere illi iudicabant, quibus tale iudicium donaverat Deus. Inde est quod Elias multos[27] morte affecit et propria manu, et igne divinitus impetrato. Quod et alii multi magni et divini viri eodem spiritu, consulendo rebus humanis, non temere fecerunt. De quo Elia cum exemplum dedissent discipuli[28], commemorantes quid ab eo factum sit, ut etiam ipsis daret potestatem petendi de celo ignem ad consumendum eos qui sibi hospitium non preberent, reprehendit in eis Dominus non exemplum prophete sancti, sed ignorantiam[29] vindicandi, que adhuc erat in rudibus[30], animadvertens eos non amare[31] correptionem, sed odio desiderare vindictam. Itaque postea quam eos docuit quid esset diligere proximum tanquam seipsum, infuso etiam Spiritu sancto, quem decem diebus completis post ascensionem suam desuper, ut promiserat, misit, non defuerunt tales vindicte quamvis multo rarius quam in Veteri Testamento. Ibi enim ex maiori parte servientes timore premebantur, hic autem maxime dilectione liberi nutriebantur. Nam et verbis apostoli Petri Ananias et uxor eius, sicut in actibus apostolorum legimus, exanimes ciciderunt[32], nec resuscitati sunt, sed sepulti.
*(cap. 37) Sermo Domini i. 63-4, in* CC *35] Ctp 3.20.20 (23, q. 4, c. Ea vindicta.)*

---

[12] *after corr.* A
[13] *repeated and canc.* R
[14] in *add.* A, *om.* CRPVBSM
[15] *ss* P
[16] dicitur CRPVBSA; datur M
[17] *corr. fr.* nullum V
[18] quem CRPVBSM; *om.* A
[19] correct- B
[20] beatum CRPVSM; peccatum A
[21] [illata habet August.] *add.* M[2]
[22] correptum CRPVSM; correctum BA
[23] Augustinus de sermone – non habeat *om.* H; (Ibid., c. 38.) *add.* M[2]
[24] dissolvit CRBSAM; dissolutam PV
[25] -niverunt CSAM; -nierunt RPB; -nient V
[26] non CRPVBSM; in A
[27] *corr. fr.* multo R
[28] Domino *add. Fr*
[29] s *add. (and canc.?)* A
[30] erat in rud. CRPBSAM; in rud.erat V
[31] amare CRPVBSAM; [amore, orig. ms. S. Ger.] *add. Fr*
[32] *corr. fr.* –int C

## 61*

*[1]Augustinus contra Cresconium grammaticum, lib. I[2]*

Quisquis[3] Christianum iniquus[4] persequitur, Christi est inimicus. Verum dicis, si non[5] hoc[6] in illo persequitur quod Christo est inimicum. Neque enim[7] dominus in servo, pater in filio, maritus in coniuge cum sint utrique Christiani, non debent persequi vitia Christiane contraria veritati? An vero si non persequantur, non rei negligentie merito tenebuntur?

CSEL *52. 463, iii c. 51] Ctp 3.20.21; IP 8.15*

[1] Quod Christi est inimicus qui Christianum iniuste persequitur *add. as rubric* M
[2] lib. i CRPVBSA; *om.* M
[3] enim *add.* V, *om.* CRPBSAM
[4] iniquus CRPVBM (inquis habet Augus. ut verba sint Cresconii) *add.* M[2]; iniqus S; iniquis A
[5] si non CRPVBSAM [sed non, ms. S. Ger.] *add. Fr*
[6] nullo *add. and canc.* V
[7] *ss* P

## 62*

*[1]Augustinus ad Macedoniam*

Debet homo diligere proximum tanquam seipsum, ut quem potuerit hominem vel beneficentie consolatione, vel informatione doctrine, vel discipline cohercitione[2] adducat ad colendum Deum.

CSEL *44. 466, ep. 155] Ctp 3.20.22; IP 8.16 (25, q. 4, c. Debet.)*

[1] Quod coercere proximum sit diligere eum *add. as rubric* M
[2] cohercitione C[2]RP[2]VA *with Aug.;* co[ ]ercitione C; coercione PBSM

## 63*

*[1]Augustinus ad Donatum presbiterum*

Qui diliguntur male sue voluntati impune et crudeliter permittendi non sunt, sed ubi potestas datur, et a malo prohibendi et ad bonum cogendi. Nam si voluntas mala[2] semper sue[3] permittenda est libertati[4], quare Isrelitici recusantes et murmurantes tam duris flagellis a malo prohibebantur, et ad terram compellebantur promissionis?[5] Si voluntas mala[6] permittenda est libertati, quare Paulus non est permissus uti pessima voluntate quia[7] persequebatur ecclesiam? Sed prostratus est ut excecaretur, excecatus ut mutaretur, mutatus ut mitteretur[8], missus ut qualia fecerat in errore talia pro veritate pateretur?[9] Si voluntas mala semper sue permittenda est libertati, quare monetur pater in

[1] Quod mala voluntas non est permittenda suae libertati *add. as rubric* M
[2] mala CRPVBAM; *om.* S
[3] sue CRPVBSAM; *om.Fr??*
[4] -tati CRPVBSM; -ati A
[5] comp. prom. CRPVBSM; prom. comp. A
[6] suae *add. Fr, om.* CRPVBSAM
[7] quia CRPVBSA; qua R[2]M
[8] *corr. fr.* –atur P
[9] pat- CRPVSM; u *add. ss.* B; put- A

Scripturis sanctis filium durum non solum verbis corripere, sed etiam latera eius tundere, ut ad bonam disciplinam cogatur, et Dominus diligatur[10]?
CSEL *44. 641, ep. 173] Ctp 3.20.23; IP 8.17*

[10] cogatur - diligatur CRPVBSHAM, [apud Aug. hodie sic legitur, coactus et domitus dirigatur] *add.* M[2]; coactus et Dominus dirigatur A

### 64*

*[1]Augustinus ad Donatistas*

Quod erraverat, inquit Dominus, non revocastis, et quod perierat non requisistis. Hoc vobis per vos Deus[2] ipse facit, ipse[3] obsecrando, sive minando, sive corripiendo, sive dampnis, sive laboribus, sive per suas occultas admonitiones vel visitationes, sive[4] potestatum temporalium leges.
*Ep. 105,* CSEL *34.2. 604,*] *Ctp 3.20.24*

[1] Quod corripiendi sunt homines. *add. as rubric* M
[2] vos Deus CPVB[2]SA; nos Deus R; vos Dominus B; nos Dominus M
[3] ipse CRPVBSA; sibi M
[4] per *add. Fr*

### 65*

*[1]Crisostomus super Mattheum, Omelia 17*

Occidit Finees hominem, et reputatum est ei ad iustitiam, Abraham vero non homicida solum, verum etiam parricida, quod certe est gravius, effectus, magis Deo[2] magisque placuit[3]. Sed et Petrus geminum[4] fecit homicidium, fuit tamen opus spirituale quod factum est. Non sola igitur respiciamus opera, sed tempus, et causam, et voluntatem, et personarum differentiam, et quantacumque alia ipsis operibus acciderunt[5] diligentissime requiramus. Non enim possumus ad veritatem aliter pervenire[6].
*(in op. perfec. ad c. V Matth.) CB Varia IB 30] IP 8.18 (23, q. 8, c. Occidit Phinees.)*

[1] Quod non omnis hominem occidens homicida sit *add. as rubric* M
[2] Deo CRPVBSHA; Domino M
[3] plac- CRPVBSM; complac- A
[4] -inum CRPVBSM; -itum A
[5] -erunt CRPBSA; -erint VM
[6] Non enim - perv. *in mg.* S

### 66*

*[1]Responsiones Adriani pape contra obiectiones quorumdam ad Karolum, cap. 16*

Sanctus Gregorius in dialogis suis meminit[2] de beato Bonefacio, qualiter miserum illum qui cum simia veniens cimbala percussit, sermone suo cum merore ad mortem illum[3] iaculavit.
*CB Varia IC 41*

[1] Responsiones CRPVBSA; De eodem. Ex responsionibus M
[2] *corr. fr.* –erit A
[3] *om. Fr*

**67***

*[1]Gregorius in dialogo, lib. I[2]*

Cum beatus Bonefacius ad Fortunati mensam venisset, priusquam Deo himnum diceret, sicut qui cantandi[3] arte solent victum querere, repente ante ianuam vir cum simia astitit, et cimbalum percussit. Quem sanctus vir audiens sonitum dedignatus dixit, Heu, heu, mortuus est miser iste, mortuus est miser iste. Ego ad mensam refectionis veni, os nondum[4] ad laudem Dei[5] aperui, et ille cum simia venit et[6] cimbalum percussit. Subiunxit tamen atque ait, Ite et pro caritate Dei[7] cibum potumque tribuite, scitote tamen quia mortuus est[8]. Qui infelix vir dum panem et vinum ex eadem domo percepisset egredi ianuam voluit, sed saxum ingens subito de tecto cecidit, eique in verticem[9] venit. Ex qua percussione prostratus in manibus iam semivivus levatus est. Deinde vero altero[10] die[11] secundum Dei viri[12] sententiam funditus vitam finivit. Qua in re, Petre, pensandum est quantus sanctis viris timor sit exhibendus. Templa enim Dei sunt[13], et cum ad iracundiam vir sanctus trahitur, quis alius ad irascendum nisi eiusdem templi inhabitator excitatur? Tanto[14] ergo metuenda est ira iustorum, quanto et constat, quia in eorum cordibus[15] qui ad inferendam ultionem quam voluerit[16], invalidus non est.
*Dial. i c. 9 (*Sources chret. *260*)

---

[1] Item de eadem re *add. as rubric* M
[2] in D. - i CRPVBSA; Dialogorum lib. I M
[3] qui cantandi CRPVBSM; quidetndi A; quidam cantandi *Fr*
[4] nondum CRPVBSM; adhuc A
[5] non *add* A, *om.* CRPVBSM
[6] venit et CRPVBSAM; veniens *Fr*
[7] Dei RPVBSA; ei (*after erasure)* CR[2]; ei [Dei] M
[8] mort. esr CRBSAM; est mort. est P; est mort. V
[9] verticem PVBSAM; cervicem CR
[10] altero CRPVB[2]SA; altera BM
[11] Deinde - die CRPVBSM; Die vero altero A
[12] Dei viri CRPV[2]B; Dei veri V; viri Dei SA; dicti viri [viri Dei] M, Vict. *add. Fr*
[13] Dei sunt CPVBSAM; sunt Dei C
[14] Tanto CRPBSAM; Tanta V
[15] habitat *add. in mg.* R[2], ille presens est *add.* AM, *om.* CRPVBS
[16] vol- CPVBSM; nol- RA?

*Gregorius in dialogo, lib. II[1]*

Petrus qui[2] Tabitam mortuam orando suscitavit, Ananiam et Saphyram mentientes morti increpando tradidit[3]. Neque enim[4] orasse in eorum extinctione legitur, sed solummodo culpam quam perpetraverant increpasse. Constat ergo quia aliquando[5] ex potestate, aliquando[6] exhibentur[7] ex postulatione, dum et istis vitam increpando abstulit, et illi reddidit orando.

---

[1] Greg. - dial. lib. II CBSAL; Greg. - dial. P; Item Dialogorum lib. II M, (cap. 30) *add.* M[2]
[2] qui CRPVBSA; *om.* M
[3] tradidit CRBSLAM; tradit PVB[2]
[4] enim CRPVBSA; eum M
[5] no... *add.* A, talia *add.* M, *om.* CRPVBS
[6] *ss* P
[7] -entur CRPVBSM; -ent A

*Dial. ii c. 30; CB Varia IC 72a, c] IP 8.19 from* Petrus Tabitham *only (23, q. 8, c. Petrus.)*

**68***

[1]*Iohannes VIII Marino et Pulcari*

Sed et pro primiciis[2] vestre fidelitatis vobis iniungimus, ut cum aliquibus navibus vestros milites robustissimos presentialiter destinetis, qui quadraginta Sarracenos[3], qui dudum Grecorum nostrorum navibus[4] in mare fugere[5], quique postea terrestrium nostrorum militum exspoliati armis omnibus, virtute in montis Circei latibulis evaserunt, una cum nostris pedestribus apprehendant, quia nos pro tantillis Sarracenis dromones nostros fatigare nolumus, dum[6] de vobis confidere, sicut et ipsi velle dicimini, provocamur modis omnibus confidentes. Quia si obedientie vestre[7] constantiam et fidei puritatem cum virtutis efficacia circa sanctam Romanam ecclesiam amodo senserimus, non solum de his tribus, quibus vos ultra consuetudinem pregravatos dicitis, in quantum ratio postulaverit levigabimus, verum etiam ut propriam sancti Petri familiam, terra marique vos tueri, domino confortante, studebimus.
*JE 2960 ; ed. Caspar ep. 5, p. 276; CB Ioh. VIII 5]*

---

[1] De vindicta quam Iohannes papa in quosdam fieri iussit *add. as rubric* M
[2] pro primiciis PVBSA; provinciis CRM; [pro primiciis Vict.] *add. Fr*
[3] -enos CRPVBSM; -enis A
[4] navibus CRPVBSM; manibus A
[5] in mare fug. CPVBSAM; fug. in mare R
[6] *ss* C
[7] *ss* P

**69***

[1]*Iohannes VIII*[2] *Angeberge*[3] *imperatrici*

Siquidem cum virtute Dei melius quam Kaletam[4], que nostra sunt defendemus, et illorum in nullo penitus indigemus, dromones videlicet cum ceteris navibus construentes, et cetera vasa bellica et apparatus, quin potius et ipsos animos hominum preparantes, et adversus hostiles incursus indesinenter armantes.
*JE 2966; ed. Caspar ep. 11, p. 279; CB Ioh. VIII 11]*

---

[1] De defensione quam contra hostes fecit *add. as rubric* M
[2] VIII PVBSAM; nonus CR
[3] Ang- RPVBSA*Fr*; Amg- CM
[4] -tam RPVBSAM; -eta C

**70***

[1]*Iohannes VIII*[2] *Domagol duci glorioso*[3]

Preterea devotionis tue studium[4] exhortamur, ut contra marinos latrunculos qui sub pretextu tui nominis in Christicolas debachantur, tanto vehementius accendatur,

---

[1] Quod crimina committit qui non corrigit cum possit *add. as rubric* M
[2] *in mg.* C
[3] glor. CRPVBAM; *om.* S
[4] tue stud. CPVBAM; nostre stud. R; vestre stud. R[2]; stud. tue S

quanto illorum pravitate famam tui nominis obfuscatam fuisse cognoscis, quoniam licet credi possit quod, te nolente, illi navigantibus insidientur[5], quia a te comprimi posse dicuntur, nisi eos compresseris, innoxius non haberis. Scriptum quippe est, Qui crimina cum potest emendare, non[6] corrigit, ipse committit.
*JE 2998; ed. Caspar ep. 39b p. 296 ; CB Ioh. VIII 36b] IP 8.20 (23, q. 8, c. Preterea.)*

---

[5] -ientur CPVBSAM; -iantur R. tamen *add.* M, *om.* CRPVBSA
[6] *ss* S

## 71*

### [1]*Iohannes VIII imperatori et imperatrici*

Cum reversi fuissemus, omnia littora nostra depredata, etiam et in fundis et in[2] Terracina, velut in domo propria multos Sarracenos invenimus residere, pro quibus non plusquam quinque diebus in urbe manentes, quamvis corporis non modica detineremur molestia, exivimus cum fidelibus nostris, quorum Deo[3] adiuvante cepimus naves decem et octo[4]. Sarraceni vero multi occisi sunt, captivos autem fere sexcentos liberavimus. Ideo nobis[5] venientibus necesse valde est, ut talis in littoribus marinis fortia[6] virorum remaneat, quorum virtute nostra omnia[7] salva consistant, et ea que necdum depredata sunt loca, non[8] predentur.
*JE 3008; ed. Caspar ep. 49 p. 303; CB Ioh. VIII 46]*

---

[1] Quomodo Iohannes papa Sarracenis restiterit *add. as rubric* M
[2] in CRPVBSM; *om.* A
[3] Deo CRPVBSA; Domino M
[4] decem et octo CPVSA; octodecim RM; xviii B
[5] nobis CRPVBSA; vobis M
[6] fortia CRPVSA; fortitudo M; ? B
[7] nostra omnia CRPBSAM; omnia nostra V
[8] non *after* depredata A

## 72*

### [1]*Ieronimus ad Riparium*

Legi siromasten Finees[2], auctoritatem[3] Helie, zelum Simonis Chananei, Petri severitatem Annaniam et Saphiram trucidantem[4], Pauli constantiam qui Elimam magum[5] viis Domini resistentem eterna severitate[6] dampnavit. Non est crudelitas pro Deo[7] pietas. Unde et in lege dicitur, Si frater tuus et amicus et uxor que est in sinu tuo depravare[8] voluerit a veritate, sit manus tua super eum[9], et effunde sanguinem ipsorum.
*Hieronimus ep. 109 (*CSEL *55. 534); CB Varia IC 79a] IP 8.21*

---

[1] Quod non est crudelitas punire malos pro Deo, sed pietas *add. as rubric* M
[2] Fin- CRPVBS; Phin- AM
[3] auctoritatem CRPVBSA; austeritatem M, [auctoritatem] *add.* M[2], Vict. *add. Fr*
[4] -tem CRPVBSM; -tis A
[5] magum CRBSAM; magnum PV
[6] severitate CRPVBS; cecitate AM; [severitate] *add.* M[2], Vict. *add. Fr*
[7] sed *add.* M, [Gratian sic. crimina pro Deo punire] *add.* M[2]
[8] te *add.* M, *om.* CRPVBSA
[9] eum CRPVBSA; eos M

**73***

*[1]Leo[2] IV Ludovico[3] regi*

Petrum et Adrianum[4] nunquam recipiemus ad habitandum nobiscum, et si, quod minus credimus, aut preces nostras quas[5] pro eorum retentione vobis misimus, aut honorem[6] Romani pontificis pro nichilo existimastis, et nos minus quam Adrianum et Petrum amatis[7], quod in posterum iam ordinatum habeamus, vestre edicimus[8] magnitudini.[9] Certe Romane sedis presules tempore quo per unamquamque ecclesiam cum suis clericis tendebant[10] ob missarum officium, vel alias more solito utilitates ecclesiasticas disponendas, nichil aliud tam ipsi quam clerici ipsorum[11] nisi sacerdotalia indumenta ferebant, quod nos[12] secuti usque nunc egimus. Sed amplius nequaquam agere oportet, si viros quos nec querimus unquam, nec volumus mandare decreveritis. Et hoc ad ultimum pro certo[13] notum facimus quoniam ad quamcumque ecclesiam locumque alium nobis merito subiectum[14] digressi fuerimus, ne de mortis nostre periculo triumphatores existant, cum debueramus ob divinum cultum sive timorem orarium solummodo planetamque deferre, lanceam et scutum et gladium baiulare precipiemus.

*JE 2602; ed. Dümmler no. 42 p. 607; CB Leo IV 35]*

---

[1] Quod propter remissionem malorum, in collegio episcoporum arma sint ferenda. *add. as rubric* M
[2] Leo CRPVBSM; Leonis A
[3] [Lothario] *add.* M
[4] Pet. et Ad. CRPVBSM; Ad. et Pet. A
[5] *ss* P
[6] -rem CRPVBSA; -res M
[7] -atis CRPVBSA; -astis M
[8] *corr. fr.* edict- R
[9] Petrum et Adrianum – magnitudini *om.* H
[10] tend- CRPVBSM; ten- A
[11] ipsorum CRPVBSM; eorum A
[12] nos CRPVBS; nosse A; *after* usque nunc M
[13] certo CRPVBSM; cero A
[14] *corr. fr.* –ecto R

**74***

*[1]Ex historia Anastasii bibliotecarii Romane ecclesie*

Multo divino zelo motus Michael piissimus imperator contra Manicheos qui Pauliciani dicuntur, capitalem animadversionem Racephori[2] sanctissimi patriarche ac aliorum patrum predicamentis promulgans, aversus est[3] per alios nequam[4] consiliarios, obtentu[5] penitentie[6], cum esset impossibile illos penitentiam gerere[7] qui[8] capti fuissent errore. Dogmatizabant autem indocte non licere sacerdotibus promulgare contra impios

---

[1] Licere sacerdotibus contra impios promulgare mortem *add. as rubric* M
[2] Race- CRPVBSM; Nic- A
[3] *ss* P
[4] nequam RPVBSM; neque CA
[5] -entu CRPVAM; -eptu B
[6] *corr. fr.* –tia B
[7] gerere CRPVBSA; agere M
[8] eorum *add.* A, *om.* CRPVBSM

mortem, per omnia divinis super hoc adversantes scripturis. Si enim[9] vertex apostolorum Ananiam et Saphiram ob mendacia tantum mortificavit, et Paulus magnus clamat, Qui talia, inquiens, agunt digni sunt morte, hec[10] de solo mortali peccato, quomodo non horum contrarii erunt, qui omni spirituali et corporali spurcitia plenos quique demonibus serviunt a gladio redemerint?

---

[9] Petrus *add.* A, *om.* CRPVBSM
[10] hec PVBSA; hoc CRM

## 75*

### *[1]Dialogus[2] Augustini contra Petilianum*

Petilianus dixit, Si apostoli persecuti sunt aliquem, aut aliquem tradidit Christus. Augustinus respondit, Possem quidem dicere ipsum Sathanan omnibus malis hominibus esse priorem[3], cui tamen tradidit apostolus hominem in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die domini Iesu. Item[4] alios de quibus dicit, Quos tradidi Sathane, ut discant non blasphemare. Et Dominus[5] flagellatos expulit ex templo improbos mercatores, ubi etiam connexum est testimonium scripture dicentis, Zelus domus tue comedit me. Ecce invenimus apostolum traditorem, Christum persecutorem. [6]Quare per violentissimas turbas, etiam ultro improbi estis ecclesiis catholicis, ubi[7] potueritis, quod innumerabilibus exemplis res ipsa indicat? Sed dicitis vos loca vestra defendere, et resistitis fustibus et cedibus quibuscumque potueritis. Quare[8] ibi non[9] audistis vocem Domini dicentis, Ego autem[10] dico vobis. Non resistere malo? Aut si fieri potest, ut aliquando recte per vim corporalem resistatur violentis, nec ideo preceptum violetur, quod audimus[11] a Domino, Ego autem dico vobis non resistere malo, cur non etiam hoc fieri potest, ut per ordinatas et legitimas potestates de sedibus que illicite usurpantur, vel ad iniuriam Dei retinentur, pius expellat impium, et iustus iniustum? Neque enim eo modo persecutionem[12] passi sunt pseudoprophete ab Helia, quomodo ipse Helias a rege iniquissimo, aut quia flagellatus est Dominus a persecutoribus, propterea passionibus eius comparandi[13] sunt, quos ipse de templo flagellatos eiecit? Restat ergo, ut nichil aliud requirendum esse fateamini, nisi utrum iuste an impie vos separaveritis a communione orbis terrarum. Nam si hoc inventum fuerit quod impie feceritis, non miremini, si non desunt ministri Deo per quos flagellemini[14], quia persecutionem patimini non a nobis, sed sicut scriptum est, ab

---

[1] Quod non sint culpandi iudices sed laudandi, qui haereticos et schismaticos persequuntur, et bona eorum diripiunt *add. as rubric* M
[2] Dial. CPBSA; *om.* R; Dialogo V; Ex lib. Dialogorum M
[3] priorem CRPVBSA; peiorem M
[4] Item CRPVBSM; Itemque A
[5] Christus *add.* A, *om.* CRPVBSM
[6] Item *add.* A, *om.* CRPVBSM. (ibid. cap. 19) *add.* M[2]
[7] advertere *add.* M, *om.* CRPVBSA
[8] *ss* P
[9] *add.* C[2]
[10] autem CRPVBSA; tamen M
[11] audimus RPVBSAM; audivimus C
[12] persecut- CRPVBSM; percuss- A
[13] *corr. fr.* –da V
[14] -emini CRPVBS[2]A; separaemini S; -amini M

ipsis factis vestris. Item.[15] Si de rebus vel de locis ecclesiasticis quos tenebatis et non tenetis, querimini[16], possunt et Iudei se iustos dicere, et iniquitatem nobis obicere, quia locum in quo impii regnaverunt modo Christiani possident[17]. Quid ergo indignum, si ea que tenebant heretici secundum parem[18] Domini voluntatem catholici tenent[19]? Ad omnes enim similes, id est ad omnes impios et iniquos illa vox Domini valet, Auferetur a vobis regnum[20] Dei, et dabitur genti facienti iustitiam. An frustra scriptum est, Labores impiorum iusti edent? Quapropter magis mirari debetis quod adhuc tenetis aliquid quam quod aliquid amisistis. Item[21]. Si qua iam concisi possidere cepistis, quia vobis ablata nobis Dominus dedit, non ideo concupiscimus aliena, quia illius imperio cuius sunt omnia, facta sunt nostra, et iuste nostra sunt. Vos enim his utebamini ad precisionem, nos ad unitatem. Alioquin et primo populo Dei possent illi obicere aliene rei concupiscentiam, qui divina potestate ab eorum facie, quia ea terra male utebantur, expulsi sunt. Et ipsi Iudei a quibus ablatum est regnum secundum verba Domini, et datum est genti facienti[22] iustitiam, possunt obiicere aliene rei concupiscentiam, quia ecclesia Christi possidet ubi persecutores Christi regnabant. Item[23]. Qui peccat non peccat legis auctoritate, sed contra legis auctoritatem. Quia vero interrogas que sit ratio persequendi, vicissim te interrogo[24] cuius sit vox in psalmo dicentis, Detrahentem secreto proximo suo occulte[25], hunc persequebar. Quere[26] itaque persecutionis vel causam, vel modum[27], et noli tanta imperitia generaliter malorum persecutiones reprehendere. Item[28]. Quod autem etiam Christus corporaliter fuerit persecutus[29] eos quos de templo flagellando expulit, iam supra diximus. Item[30]. Nec persequimur vos, nisi quemadmodum persequitur veritas falsitatem. Item[31]. Ad fidem nullus est cogendus, sed per severitatem, immo et[32] per misericordiam Dei, tribulationum flagellis solet perfidia castigari. Numquid quia mores optimi libertate voluntatis eliguntur, ideo mores pessimi non legis integritate puniuntur? Sed tamen mala[33] vivendi ultrix disciplina prepostera est, nisi cura[34] precedens bene vivendi doctrina contenditur[35]. Sic igitur que[36] adversus vos leges constitute sunt[37], non

---

[15] Petilianus dixit, Si – vestris. Item *om.* H
[16] *corr. fr.* quere- R
[17] (at nunc, pro dolor, impii Mahumetistae) *add.* M[2]
[18] *corr. fr.* patrem V
[19] cath. ten. CRPBSAM; ten. cath. V
[20] -num CRPVBSM; -no A
[21] (cap. 59 eiusdem libri) *add.* M[2]
[22] -ienti CRVBSAM; -iente P. fructus *add. and. canc.* P
[23] (cap. 79) *add.* M[2]
[24] te int. CRBSAM; <te> int. P; int. te V
[25] occulte CRPBSA; *om.* P[2]VM
[26] Quere RP[2]VBSAM; Quare CP
[27] modum CRPVBSM; modus A
[28] (ad calcem, c. 80) *add.* M[2]
[29] fuerit pers. CRPVBSA; per. fuerit M
[30] (cap. 82) *add.* M[2]
[31] Item CRMPVA; *om.* B. (cap. 83) *add.* M[2]
[32] et CPVBSAM; *om.* R
[33] mala CRBSA; male PVM
[34] cura CRPVBSA; cum M
[35] contenditur CRPVBSA; contemnitur M
[36] sic igitur que CRPVBS; Sic que igitur A; Si que igitur M
[37] leges const. sunt CRBAM; const. sunt leges S; const. sunt PV

eis benefacere cogimini, sed male facere prohibemini. Nam benefacere nemo[38] potest nisi elegerit, nisi amaverit, quod est in libera voluntate. [39]Cum aliquid adversus vos reges constituunt, admoneri vos credite, ut cogitetis quare ista vos patiamini. Si propter iustitiam, re vera illi persecutores vestri sunt, vos autem beati qui persecutionem passi propter iustitiam, possidebitis regnum celorum. Si autem propter iniquitatem schismatis[40] vestri, illi quidem correctores[41] vestri sunt, vos autem sicut ceteri diversorum scelerum rei qui penas legibus pendunt, profecto infelices et in hoc seculo et in futuro. Item[42]. Pro membris Christi adversus vos[43] seviunt, et vobis resistunt quicumque in catholica eo animo sunt[44] quo tunc Petrus fuit, cum ferrum pro Christi nomine strinxit. Sed multum interest inter vestram persecutionem et istorum. Vos similes estis servo[45] sacerdotis, quia servientes principibus vestris adversus ecclesiam catholicam, id est adversus Christi corpus armamini. Isti autem tales sunt qualis tunc Petrus fuit, qui pro Christi corpore, id est pro ecclesia etiam corporaliter pugnant. Item[46]. Si propterea persecutor non fuit Nabuchodonosor, quia scelus in sanctum Danielem commissum iustissime vindicavit, quomodo vindicandum est a regibus quod Christi sacramenta exsufflantur[47], si prophete membra quia in periculum missa sunt, sic vindicari meruerunt? Item[48]. Neque in homine bono aliquis Dei sacramenta[49] fugiat, neque in homine malo[50]. Item[51]. Si laudanti amico[52] non est credendum,[53] neque inimico detrahenti. Item[54]. Apud nos quicumque mali vel penitus latent, vel quibusdam noti propter bonos quibus ignoti[55] sunt, et apud quos convinci non possunt, propter unitatis et pacis vinculum tolerantur, ne cum zizaniis eradicetur et triticum, ita sue malitie sarcinam portant. [Ut] eam cum eis nemo communicet in quibus eorum iniquita placet. Item. Sive a fideli sive a perfido dispensatore sacramentum baptismi quisque percipiat, spes ei omnis in Christo sit. Item.[56] [57]Neminem recte iudicari puto innocentem, qui hominem non convictum crediderit nocentem.

*catena from Augustine contra litteras Petiliani (*CSEL *52. 33-226), ii. c. 10 – iii c. 59] (23 q. 7, c. Si de rebus.), (25, q. 4, c. Qui pecc.), (23, q. 5, c. Ad fidem.), (23, q. 3, c. Pro membris.), cf Ctp 3.20.25*

Item[58]. Illud quis ferat quod sacrilegi dicunt qui[59] sacramenta Christi, etiam si vere[60], sicut calumpniatur, a traditoribus habent que[61] in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti

---

[38] *corr.fr.* non P
[39] (ibidem, cap. 84.) *add.* M$^2$
[40] -atis CRPVBSM; -ati A
[41] illi quid. corr. CR?PVBSM; quid illi quod rectores A
[42] (ibidem, cap. 88) *add.* M$^2$
[43] vos CRPBSM; nos A; ? V
[44] (Apud Aug. inseritur, parvae adhuc fidei) *add.* M$^2$
[45] servo CRPVBSM; servos A
[46] (ibidem, cap. 92, sub finem) *add.* M$^2$
[47] ex[ ]uffl- C
[48] (ibidem, cap. 104) *add.* M$^2$
[49] Dei sacr. CRPVSM; sacr. Dei B; Dei bona A
[50] Item. Neque – malo *at foot of leaf* R
[51] (lib. III Contra litteras Petilia. c. 10) *add.* M$^2$
[52] amico CRPVSM; amicus A; ? B
[53] et *add.* A, *om.* CR?PVBSM
[54] (ibidem, c. 36) *add.* M$^2$
[55] ignoti CR$^2$VSM; inn- RPBA
[56] Ut – sit. Item A *(*CSEL *52. 196, 204*); *om.* CRPVBSM
[57] (August., ca. 8, lib. De unico bapt. contra Petilianum) *add.* M$^2$
[58] (cap. 59) *add.* M$^2$

ritu evangelico celebrantur? Hic fortasse dicat iam non esse Christi sacramentum quod a sacrilegis datur. Cur non ergo dicit non esse etiam nomen Christi, quod a sacrilegis dicitur?[62] Item[63]. O quam detestandus[64] qui clarorum virorum quedam non recte facta laudabiliter se imitari putant, a quorum virtutibus alieni sunt. Sic enim et nonnulli[65] Petro apostolo comparare se possunt, si Christum negaverint. Item[66]. Si est ulla humanitas in rebus humanis, puto nos[67] iustius[68] posse reprehendi, si ignotos homines quos criminantur inimici, neque horum[69] crimen ulla testificatione demonstrant, nocentes[70] potius quam innocentes crediderimus. Quia si forte se aliter veritas habet, ipsi certe humanitati debitum redditur, cum homo de homine nil mali temere suspicatur, nec cuiquam criminanti facile credit, quando sine teste ac sine ullo documento crimen obiciens maledictus[71] potius conviciator quam veridicus accusator extiterit.

*Augustine, De unico baptismo cc 8.13, 13.22, 16.27 (*CSEL *53. pp. 14, 21, 28)*

Item[72]. Si factum est quod accusant, quid peccaverunt ecclesiastici iudices, qui crimina etiam si vera et a[73] se delata, sibi tamen non probata, dampnare nullo[74] modo debebant? Item[75]. Si autem vos contra ecclesiam Christi altaria erexisse[76], et a Christiana unitate que toto orbe diffunditur sacrilego schismate separatos esse, et corpori Christi, quod est ecclesia toto orbe diffusa, et rebaptizando et blasphemando, et quantum potestis oppugnando, adversari sancta et canonica scriptura convincit, vos impii atque sacrilegi, illi autem qui vos pro tanto scelere tam leviter dampnorum admonitionibus vel locorum vel honorum vel pecunie privatione, deterrendos coercendosque decernunt, ut cogitantes quare ista patiamini, sacrilegium vestrum cognitum fugiatis, et ab eterna dampnatione liberemini, et rectores diligentissimi et consultores piissimi deputantur[77].[78] Item[79]. De persecutione vestra querela sedabitur, si cogitetis et intelligatis prius non omnem persecutionem esse culpabilem. Alioquin non laudabiliter diceretur, Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar. Nam cotidie videmus et filium de patre tanquam de persecutore suo conqueri, et coniugem de marito, et servum de domino, et colonum de possessore, et reum de iudice, et militem vel provincialem de duce vel rege, cum illi

---

[59] quod sacrilegi dicunt qui CRPVBS; qui sacrilegat dicit qui A; quod sacrilega dicit M (*with Aug.)*
[60] sive CRPVBSA; si vero M
[61] habent que CRPVBS; haberentem qui A; haberentur que M
[62] Cur – sacrilegis dicitur M (*CSEL 53. 14); om.* CRPVBSA
[63] (ibidem, cap. 13) *add.* M[2]
[64] -dus CPVBSM; -dum R; -dus est R[2]; -dus error hominum A. [est error hominum, additur apud Aug.] *add.* M[2]
[65] sunt *add. and canc.* P
[66] (ibidem, cap. 16) *add.* M[2]
[67] nos AM; vos CRPVBS
[68] -ius CRPVBSM; -is A
[69] horum CRPVBSM; eorum A
[70] nocentes CRPVB?SM; noces A
[71] -edictus CRPVBSA; -edicus M
[72] Item CRM; *om.* PVBSA. (lib. De unitate Ecclesiae contra episto. Petilia. cap. 2) *add.* M[2]
[73] a CRPBSA; ad VM
[74] nullo CPVBSAM; ullo R
[75] (ibidem, cap. 17) *add.* M[2]
[76] altaria erexisse CRPVBSM; altarexisse A
[77] sacrilegium vestrum cognitum – deputantur *at foot of leaf* V
[78] Item. Quod autem etiam Christus corporaliter – deputantur *om.* H
[79] (ibidem aliquanto superius) *add.* M[2]

plerumque ordinatissima potestate sibi homines subditos per terrores levium penarum a gravioribus malis prohibeant atque compescant, plerumque autem a bona vita et a bonis factis, minando et seviendo deterreant[80]. Sed cum a malo et illicito[81] prohibent, correctores et consultores sunt; cum autem a[82] bono et licito, persecutores et oppressores sunt. Culpantur etiam qui prohibent a malo, si modum peccati modus correctionis[83] excedat.

*Augustine ad catholicos de secta Donatistarum cc. 2.2, 20. 55, 20. 53 (*CSEL *52. 235, 303, 301)] Ctp 3.20.25*

[80] -ant CRPVBSM; -unt A
[81] est *add.* A, *om.* CRPVBSM
[82] *corr. fr.* et R
[83] correct- CRPVSM; corrept- S; coherc- A

## 76*

### [1]*Augustinus super epistolam Iohannis, cap.*[2] *7*

Non putes nunc[3] te amare servum tuum, quando eum non cedis, aut tunc amare filium tuum quando non das disciplinam, aut tunc[4] amare vicinum tuum quando non corrigis eum[5]. Non est ista caritas, sed languor. Ferveat caritas ad emendandum, ad corrigendum; sed si sunt boni mores, delectent; si sunt mali emendentur.

*In Iohannis epistulam ad Parthos tractatus, tr. 7 (PL 35. 2034)] Ctp 3.20.26; IP 8.22 (23, q. 5, c. Non putes.)*

[1] Quod charitas est corrigere proximum *add. as rubric* M
[2] tractatu *Fr*
[3] nunc CRPVBSA; tunc P²BM
[4] te *add.* A, *om.* CRPVBSM
[5] non corr. eum CRPVBSM; eum non corr. A

## 77*

### [1]*Augustinus de civitate Dei, lib. XIX*

Non est innocentie parcendo sinere ut in malum gravius incidatur. Pertinet ergo ad innocentis officium non solum nemini malum inferre, verum etiam cohibere a peccato, vel punire peccatum, ut aut ipse qui prius oditur corrigatur experimento, aut alii terreantur exemplo.

*De civitate Dei xix c 16 (*CC *48)] Ctp 3.20.27*

[1] De eodem. *add. as rubric* M

## 78*

### [1]*Augustinus in libro Questionum Novi et Veteris Testamenti, cap. 104*[2]

Videns[3] Petrus apostolus[4] insurgentes hostes, protulit gladium et amputavit auriculam servi sacerdotis[5]. Tunc Iesus dixit Petro ut reconderet gladium in thecam suam,

[1] Quod nulli liceat gladio iuste occidere excepto iudice *add. as rubric* M
[2] 104 PVBSA; 4 CR; *om.* M
[3] Videtis A

Omnis enim, inquit, qui acceperit gladium, gladio peribit. Ut quid parari iussit, qui prohibuit percutere,[6] cum non utique iniuste videatur apostolus percussisse? Quantum enim pertinet ad rem[7], percussit eum quem contra se armatum videbat. Resistere enim debuit ingratis[8] servis, et ad Dominum necandum armatis. Item[9]. Quare contuens[10] Dominus factum apostoli Petri, eum qui gladio usus fuerit gladio dixit perire, cum non iniuste percussisse videatur? Nam sicut significatur in Luca, ipso Domino permittente percussit, et sic prohibitus[11] hec audivit. Ideo etenim permissum est ut et vindicare se posse videretur, sed nolle; et[12] virtus ostenderetur in eo manere in quo fuerat, et[13] in utroque vindicare se posse non ambigeretur. Inimici vero pro certo haberent datam ab eo[14] potestatem ut hec facerent, non enim victus apparebat, sed tradens se voluntati eorum. Quare ergo sententia data est ut qui accipit gladium, gladio pereat, nisi quia nulli licet, excepto iudice, gladio quemquam occidere? Apostolo autem Petro usque ad hoc permissum est, quod dolorem faceret, non quod occideret. Hoc enim audiens, ne iterum percuteret dicit[15]. Preterea[16] quia Christianis[17] iam factis occidere non licet; in misericordia enim positis, lege iuris[18] mundo crediti uti non licet aspere.
*Ambrosiaster, Quaestiones Veteris et Novi testamenti, qu. 104, §§ 1, 4 (*CSEL *50. 227, 229-30)] IP 8.23 from* Quare ergo sententia *only*

---

[4] Pet. ap. CRPBSAM; ap. Pet. V
[5] -otis CRPVBSM; -otum A
[6] eum etiam morti designans [reum etiam mortis designans eum *add.* M[2]] qui percusserit gladio *add.* M, *om.* CRPVBSA
[7] [Petrum] *add.* M
[8] *corr. fr.* armatis S
[9] (aliquanto post) *add.* M[2]
[10] *corr. fr.* continuens R
[11] *corr. fr.* –tur A
[12] ut *add.* A, *om.* CRPVBSM
[13] et CRPVSM; ut A; ?B
[14] ab eo CRPSM; a Deo VB; sibi ab eo A
[15] dicit CRPVBSA; didicit M
[16] [Aug. vulgo nunc sic habet, Ob hoc enim audiebat, ne iterum percuteret. Didicit praeterea, etc.] *add.* M[2]
[17] -nis CRVBSM; -nus P?A
[18] in *add.* R, *om.* CRPVBSA?M

## 79*

### [1]*Augustinus ad Lecarium*[2]

Qui vitiis nutriendis parcit[3] et fovet, ne contristet peccantium voluntatem, tam non est misericors, quam qui non vult cultrum rapere puero, ne audiat plorantem, et non timet ne vulneratum doleat vel extinctum.
*Ep. 104 (*CSEL *34(2) 593)] Ctp 3.20.28; IP 8.25 (23, q. 5, c. Qui vitiis.)*

---

[1] Quod non est misericors, qui vitiis parcit et fovet ea *add. as rubric* M
[2] Lecarium CRPVBS; Necarium A; Laetarium M [Lectarium, Gratia. legit Lotharium] *add.* M[2]
[3] parcit CPVB[2]SAM; pascit R; parcet R

## 80*

*[1]Augustinus ad Emeritum[2]*

Nostri adversus illicitas et privatas vestrorum violentias, quas et vos ibi qui talia[3] facitis doletis[4] et gemitis a potestatibus ordinatis vinctionem[5] petunt, non quod hos persequantur, sed quia se defendant.

*Ep. 87 (*CSEL *34(2). 404)] Ctp 3.20.29; IP 8.26*

---

[1] Quod [non *add. Fr*] liceat Christiano se defendere *add. as rubric* M
[2] Emeritum PVBSAM; Emertium C; Demercium R; Emercium A; Donatistam *add.* M
[3] qui *add.* A, non *add.* M, *om.* CRPVBS
[4] dol- CRPVBSM; del- A
[5] vinct- CRPVSA; vinc- B; tuit- M

## 81*

*[1]Vita beati[2] Ambrosii[3]*

Cum consulatus sui[4] imperator Honorius in urbe Mediolanensi Libicarum ferarum exhiberet munus, populo illic[5] concurrente, data copia est missis militibus ab Stilicone comite hortatu Eusebii prefecti, ut Cresconius quidam de ecclesia raperetur, quem confugientem ad altare Domini sanctus episcopus cum clericis qui in tempore aderant, defendendum circumdedit. Sed multitudo militum, que duces suos habebat de perfidia Arianorum, prevaluit adversum paucos, atque[6] ablato Cresconio[7] exultantes ad amphitheatrum reversi sunt, ecclesie luctum non modicum relinquentes[8].

*Paulinus, Vita Ambrosii. c. 34 (Bastiaensen,* Vite dei santi *iii. 96)*]

---

[1] Qualiter beatus Ambrosius quemdam defendit, ne de ecclesia raperetur Ex *add.* M
[2] beati CRPVBAM; sancti S
[3] (auctore Paulino). *add.* M[2]
[4] tempore *add.* M, *om.* CRPVBSA
[5] populo illic CRPVB; populo illuc SM; populi illic A
[6] *ss.* C[2]
[7] *corr. fr.* Crec- R
[8] rel- PVBSA; derel- CRM

## 82*

*[1]Gesta[2] Adriani pape*

Adrianus Desiderii regis adventum appropinquasse cognoscens, aggregans universum populum Tuscie, Campanie et ducatus Perusini, et aliquantos de civitatibus Pentapoleos[3], munivit hanc civitatem Romanam, omnesque armati parati erant vel si ipse rex adveniret, fortiter ei[4] cum Dei[5] et beati[6] Petri, fulti orationibus[7] predicti sanctissimi presulis, illi resisterent[8]. Nam ecclesias beati Petri et Pauli exornare fecit eius sanctitas, et

---

[1] Qualiter se Adrianus papa adversus Desiderium regem ad resistendum munivit *add. as rubric* M
[2] Gesta CRPVBSA; Ex gestis M
[3] *corr. fr.* Pant- C
[4] ei CRPVBSM, *om.* A
[5] auxilio *add.* M (*with* Lib. Pont.), *ss after* Petri P, in (*cancelled)* auxilio *add.* V; *om.* CRBSA
[6] beati CRPVBSA; sancti M
[7] fulti orat. CRPVBSA; orat. fulti M
[8] -terent CRPVBSM; -tent A

cuncta eorum cimilia [9]et ornatus in hanc[10] civitatem Romanam introduxit, claudi faciens omnes ianuas ecclesie beati Petri, et de intus seris supponi ac muniri iussit, ut si ipse[11] protervus rex sine commeatu et permissu pontificis advenisset, minime aditum in eamdem ecclesiam introeundi haberet, nisi brachio ad sue anime interitum ipsas confringeret[12] ianuas.
*mod. fr.* Liber Pontificalis *ed. Duchesne i. 493-4*

---

[9] cimilia PVBSA; timilia CRL; thymilia [cymbala] M
[10] *corr. fr.* hac C
[11] si ipse *corr. fr.* super se S
[12] -eret CRPBSAM; -et V

## 83*

### [1]*Ex registro Leonis[2] IV Ludovico[3] augusto*

Igitur cum sepe adversa a Sarracenorum partibus perveniant nuntia, quidam in Romanum portum Sarracenos[4] clam furtiveque[5] venturos esse dicebant, pro quo nostrum congregari precipimus populum, maritimumque ad littus descendere decrevimus, et egressi sumus Roma.
*CB Leo IV 1b] IP 8.27*

---

[1] De defensione Leonis papae contra Sarracenos *add. as rubric* M
[2] papa *add.* V, *om.* CRPBSAM
[3] [Lothario] *add.* M
[4] Sarrac. CPVBSA; *om.* RM
[5] que *ss* V

## 84*

### [1]*Leo IV Ludovico imperatori[2]*

Scire vos oportet quod nunquam ab aliquibus nostros homines[3] sinimus opprimi, sed si necessitas illis incurrerit, presentialiter inde dicamus[4], quia nostri gregis in omnibus ultores esse debemus, et precipui adiutores.
*CB Leo IV 7] IP 8.28*

---

[1] De eodem *add. as rubric* M
[2] Leo – imperatori CRPVBSHM; Leonis III Lothario et Ludovico imperatoribus A
[3] nost. hom. CRPVBAM; hom. nos. S
[4] inde dic. CRPVBSA; eos vindicamus R[2]; vindicamus M

## 85*

### [1]*Item[2] Iohanni archiepiscopo*

Pro certo scitote quod nunquam permittimus nostros a vobis lacerari aut opprimi homines atque subiectos, sed si (quod non speramus) huius nostre monitionis dicta neglexeritis, et amplius aliquas oppressiones prefatis vel aliis nostris hominibus feceritis,

---

[1] Item de eodem *add. as rubric* M
[2] Item CRPVBSA; Idem M

presentialiter eos vindicabimus, et omnia nostra[3] eripere curabimus, furibunda crudelique audacia.
*CB Leo IV 8b]*

---

[3] nostra PVA; vestra CRS; M; ? B

**86***

*[1]Item[2] iudici Sardinie*

Celsitudinem vestram duximus obsecrandam ut nobis quantos tua previderit magnificentia, armatos[3] sive pueros, sive adultos, ac iuvenes cum armis suis mandare dignemini, qui nobis cotidiana[4] iussa possint explere.
*CB Leo IV 17a]*

---

[1] Qualiter auxilium a iudice Sardiniae petiit *add. as rubric* M
[2] Item CRPVBSA; Idem M
[3] armatos CRPVBSM; sacerdos A
[4] cotidiana CRPVBSM; in cotidiano obsequio A

**87***

*[1]Item[2] exercitui Francorum*

Omni timore ac terrore deposito contra inimicos sancte fidei et adversarios omnium regionum viriliter agere studete.

*Item*

Ubi usque nunc parentes vestri publicum moverunt procinctum, semper victores extiterunt, nullaque eos multitudo populi superare potuit. Non enim audivimus ut aliquando sine fama victorie reversi fuissent.

*Item*

Omnium vestrum nosse volumus caritatem, quoniam quisquis, quod non optantes dicimus, in hoc belli certamine fideliter mortuus fuerit, regna illi celestia minime negabuntur. Novit enim omnipotens, si quislibet vestrorum morietur, quod pro veritate fidei et salvatione patrie ac defensione Christianorum mortuus est, ideo[3] ab eo pretitulatum[4] premium consequetur.
*JE 2642; ed. Dümmler no. 28, p. 601; CB Leo IV 21; Ctp 1.60.15-19 (pt only)] IP 8.30*

---

[1] Quod regnum coelorum consequantur qui pro defensione Christianorum occisi fuerint *add. as rubric* M
[2] Item CRPVBSA; Idem M
[3] P *obsc.*
[4] pre- *ss* $P^2$

## 88*

*[1]Item[2] Lothario augusto[3]*

De illis tribus iam publice condempnatis et reprobis viris Georgio, Adriano, et Petro, ut vestra nobis mandavit sublimitas quod adhuc ad aliud confiteri[4] iudicium debebant, omnino mirati[5] sumus, quibus iam missis vestris presentibus iuxta legem Romanam sententia prefixa ac promulgata est. Et nisi tunc Paschalis adesset festivitas, qua mortis prohibente lege sententiam dare licitum non est, vivere eos illorum malitia atque iniqua presumptio non[6] sineret. Pro hac itaque ratione, solummodo usque ad tempus suspensa est sententia utrorumque.

*JE 2638; ed. Dümmler no. 43, p. 608; CB Leo IV 43a]*

---

[1] De damnatione Georgii cuiusdam, Adriani, et Petri *add. as rubric* M
[2] Item CRPVBSA; Idem M
[3] augusto CPVBSA*Fr*; episcopo RM; [augusto] *add..* M
[4] -teri CRPVBSM; -tere A
[5] mir- PVAM; min- CRBS
[6] non CRPVBSM; in A

## 89*

*[1]Item[2] ex cronica Francorum*

Adrianus papa in die sancto Pasche, presente Karolo imperatore, anathematizavit Thasmonem[3] ducem Bavariorum, nisi in omnibus obediret eidem imperatori et filiis eius, ac genti Francorum, sicut iuraverat patri suo Pippino, et sibi. Quod si nollet, et sanguinis effusio fieret, vel aliud aliquid mali, hoc supra[4] eumdem ducem et eius consentaneos esset[5], et prefatus[6] rex et sui ab ea culpa[7] immunes essent.

*CB Varia II 83] IP 8.31*

---

[1] De excommunicatione Thasmonis ducis Bavariorum *add. as rubric* M
[2] Item CRPVBS; Ier' A; Idem M
[3] Thasm- CRPVBSM; Thasin- A
[4] supra CRPVBSA; super M
[5] *after* ducem S, *not* CRPVBAM
[6] et *add.* A, *om.* CRPVBSM
[7] ab ea culpa CRPVBAM; *om.* S

## 90*

*[1]Gregorius Veloci magistro militum[2]*

Utile visum est ut aliquanti illuc milites transmittantur, quos gloria tua admonere et hortari studeat ut parati sint ad laborem. Item. Si huc, vel ad Ravennates partes, nec dicendum Kariulfum[3] cognov<u>eritis</u>[4] excurrere, vos a dorso eius ita, sicut <u>viros</u>[5] cond<u>ecet</u>[6],

---

[1] Exhortatio Gregorii papae ad defensionem Rom. pont. *add. as rubric* M
[2] mag. mil. CPVBSAM; mil. mag. R
[3] Kariulfum CPVBSA; Karnulfum R; Arnulfum M
[4] -eritis CRPAM; -itis V
[5] fortes *add.* M, *om.* CRPVA
[6] *corr. fr.* concederet *to* conderet P

laborate, quatenus opinio vestra ex laboris vestri caritate[7] amplius in Romano populo[8], Deo[9] auxiliante, proficiat.
*Reg. ii, ep. 4 (*CC *140); CB Varia II 112]*

[7] (qualitate habet hodie Gregor. forte legen. claritate) *add.* M[2]
[8] [Republicae orig.] *add. Fr*
[9] Deo CRPVA; Domino M

**91***

*[1]Ex gestis Karoli magni iuxta Alcuinum*

Rogatu et precibus Adriani Romane urbis episcopi exoratus, Karolus rex bellum contra Longobardos suscepit, quod prius quidem, et a papa Stephano eius patre[2] supplicante[3], cum magna difficultate susceptum est.
*cf above 9.103A] IP 8.32 (23, q. 8. c. Hortatu.)*

[1] Quod Carolus rex adversus Longobardos rogatus Adriani papae bellum suscepit *add. as rubric* M
[2] a papa Steph. eius patre CRPVBSM; a patre eius Steph. pape A
[3] (Gratia sic legit. quod prius quidem et a patre eius Pippino papa supplicante, etc.) *add.* M[2]

**92***

*[1]Augustinus retractationum lib. II, cap. 5*

Dixi, mihi non placet[2] ullius secularis potestatis impetu schismaticos ad communionem violenter artari[3] et vere mihi tunc non[4] placebat, quoniam nondum expertus eram vel quantum mali eorum auderet impunitas[5], vel quantum eis in melius mutandis conferre posset diligentia discipline.
*Rectractationes* ii. 5 (CC *57*)

[1] Retractatio sententiae illius Augustini, qua dixerat non placere sibi schismaticos cogi ad communionem *add. as rubric* M
[2] -cet CRPVBSA; -ere M
[3] art- CPVBSA?; arc- R; arct- M
[4] non RBAM; *om.* CPVS
[5] vel quantum mali – impunitas *reeated and canc.* R

**93***

*[1]Nicolaus papa ad consulta Bulgarorum*

Si nulla urget[2] necessitas, non solum quadragesimali, sed omni tempore est a preliis[3] abstinendum. Si autem inevitabilis urget[4] opportunitas, nec quadragesimali est tempore pro defensione tam sua quam patrie seu legum paternarum bellorum procul dubio preparationi parcendum, ne videlicet Deum videatur homo temptare, si habet quod

[1] Quod quadragesimali et omni tempore a praeliis sit abstinendum, nisi necessitas cogat *add. as rubric* M
[2] *corr. fr.* urguet R
[3] a prel. CRPVBSM; plus A
[4] urget CPVBSAM; urguet R

faciat et sue ac illorum[5] saluti consulere non procurat, et sancte religionis detrimenta non precavet.
*JE 2812; ed. Perels, ep. 99, c. 46, p. 585] IP 8.37*

[5] illorum CRPVBSM; aliorum A*Fr*

## 94*

### [1]*Innocentius papa Eusebio episcopo, cap. 3*

Quesitum est etiam super his qui post baptismum[2] administraverunt, et aut tormenta sola exercuerunt, aut etiam capitalem protulere sententiam. Nichil de his legimus[3] a maioribus definitum; meminerant enim a Deo[4] potestates has fuisse concessas, et propter vindictam noxiorum gladium fuisse permissum, et Dei ministrum esse datum in huiusmodi vindicem. Quomodo igitur reprehenderent factum quod auctore Domino viderent esse concessum? De his ergo, ut hactenus servatum est, sic habeamus ne[5] aut disciplinam avertere, aut contra auctoritatem Domini venire videamur[6]. Ipsis autem in ratione[7] reddenda omnia gesta sua[8] servabuntur. Item. Dum[9] legum auctoritas in improbos exercetur, erit dictator immunis.[10]
*JK 293; BD 6.44, Ctp 1.38.23 to* gesta sua servabuntur (*c. 3*). Dum legum – immunis *is from c. 5]*

[1] Quod ministri iudicum de administratione sua non damnentur *add. as rubric* M
[2] post baptismum C[2]RPVBSA; baptismum C; pro baptismo M
[3] -imus CPVBSA;- ibus RM
[4] Deo CRPVBSA; Domino M
[5] ne CPVBSAM; nec R
[6] -amur CRPVBSM; -antur A
[7] in ratione CRPVBSM; imitatione A
[8] omnia gesta sua CRPVBSM; gesta sua omnia A
[9] Dum CRPVBAM; Cum S
[10] Item. Dum legum – immunis *om.* H

## 95*

### [1]*Pelagius Patricio Valeriano*[2]

Non persequitur, nisi qui ad malum cogit. Qui vero malum vel factum iam punit, vel prohibet ne fiat, non persequitur iste, sed diligit. Nam si, ut quidam putant, nemo aut reprimendus a malo nec[3] retrahendus ad bonum est, humanas ac divinas leges necesse est evacuari, que et malis penam et bonis premia iustitia suadente constituunt; malum autem schisma est etiam per exteras potestates opprimendum.
*CB Pel. 66 pt] IP 8.36*

[1] Quod qui malum punit, non persequitur, sed diligit *add. as rubric* M
[2] Pat. Val. CRPVBSM; Val. Pat. A
[3] nec CRPVBSA; aut M

**96***

*[1]Ciprianus in nono genere abusionis*

Rex[2] debet furta cohibere, adulteria punire, impios de terra perdere, parricidas et periurantes non sinere vivere, filios suos non sinere impie agere.

*(Exstat hic liber hodie August. tit. tom. IX.) IP 8.33 (23, q. 5, c. Rex.)*

[1] Quod rex mala punire debeat *add. as rubric* M
[2] *corr. fr.* Lex S

**97***

*[1]Ambrosius de[2] officiis, lib. I[3]*

Fortitudo que vel in bello tuetur a barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel a latronibus socios, plena iustitie est.

*Ambrose, De officiis i. 27 (*CC 15. 47)*] Ctp 3.20.30; IP 8.34 (23, q. 3, c. Fortitudo.)*

[1] Bellum quod tuetur patriam plenum iustitiae esse. *add. as rubric* M
[2] de CRPVBSA; *om.* M
[3] V *reverses the inscritions of cc 97-8*

**98***

*[1]Augustinus de civitate Dei, lib. I*

Miles cum obediens potestati sub qua legitime constitutus est, hominem occidit[2], nulla civitatis sue lege reus[3] homicidii. Immo nisi fecerit, reus[4] imperii deserti atque contempti est[5]. Quod si sua sponte atque auctoritate fecisset[6], crimen effusi humani sanguinis[7] incidisset. Itaque unde punitur si fecit iniussus, inde punietur nisi fecerit iussus[8].

*De civitate Dei* i. 26 (CSEL *47*)] *Ctp 3.20.31; IP 8.35a (23, q. 5, c. Miles.)*

[1] Quod non sit reus homicidii miles, qui obediens potestati hominem occidit *add. as rubric* M
[2] A *fo. 191v ends; fo. 192r resumes in c. 109 below*
[3] est *add.* M, *om.* CRPVBS
[4] est *add.* M, *om.* CRPVBS
[5] est CRPVBS; *om.* M
[6] in *add. Fr*
[7] *corr. fr.* sang. hom. V
[8] *after corr.* C

**99**

*[1]Augustinus super Iohannem, parte I, cap. 11*

Quando vult Deus potestates concitat[2] adversus hereticos, adversus schismaticos, adversus dissipatores ecclesie, adversus exufflatores Christi, adversus blasphematores baptismi, non mirentur, quia Deus concitat ut a Sara verberetur Agar. Cognoscat se Agar, ponat cervicem, quia cum humiliata discederet a domina sua, occurrit ei angelus, et dixit

[1] Quod reges Christiani defendere debent matrem ecclesiam *add. as rubric* M
[2] -at CRPVBS; -are M

ei, Quid[3] Agar ancilla Sare? Cum vero questa esset[4] de domina, quid audivit ab angelo? Revertere ad dominam tuam. Item[5]. Mirantur autem quia commoventur pastores fidei Christiane[6] adversus detestandos dissipatores ecclesie. Nisi ergo moverentur, quomodo redderent rationem Deo pro imperio suo? Intendat caritas vestra quid dicam, quia pertinet hoc ad reges seculi Christianos, ut temporibus suis pacatam velint matrem suam[7] ecclesiam.[8]

*In Iohannis evangelium tractatus (CC 36) tr. 11 §§13-14] (23, q. 4, c. Quando.)*

---

[3] agis *add.* R²; tibi est *add.* M; est *add. Fr*
[4] *corr fr.* esses R
[5] (ibidem) *add.* M²
[6] (potestates Christianae) *add.* M², orig. *add. Fr*
[7] suam CRPBSM; sanctam V
[8] Item. Mirantur autem quia commoventur – ecclesiam *om.* HL

## 100

*[1]Augustinus super Iohannem, parte II, cap. 42*

Plus peccat qui potestati innocentem occidendum livore tradit quam potestas ipsa, si cum[2] timore alterius maioris potestatis occidit. Talem quippe Deus Pilato dederat potestatem ut esset etiam sub Cesaris potestate. Quapropter non haberes, inquit, adversum me potestatem ullam, id est quantulamcumque habes, nisi hoc ipsum tibi esset[3] datum desuper. [4]Quoniam scio quantum sit, non enim tantum est ut tibi <u>omnimodo</u>[5] liberum sit, propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Ille quippe non metuendo potestati tradidit, sed invidendo; tu vero eamdem potestatem in me exerciturus es metuendo. Nec timendo quidem presertim innocentem homo hominem debet occidere, sed tamen id[6] zelando facere, multo magis malum est quam timendo. Et ideo non ait verax Magister, Qui me tibi tradidit[7] ipse habet peccatum, tanquam ille non haberet, sed ait maius peccatum habet[8], ut etiam se habere intelligeret. Neque enim propterea illud nullum[9] est.[10].

*In Iohannis evangelium tractatus (CC 36) tr. 116 § 5]*

---

[1] Quod plus peccat qui potestati innocentem ex invidia occidendum tradit quam ille qui alterius potestatis timore eum occidit *add. as rubric* M
[2] eum *Fr*
[3] *corr. fr.* essed R
[4] Sed *add.* M, *om.* CRPVBS
[5] omnimodo RPVBSM; omnino C
[6] *corr. fr.* ad R
[7] tibi trad. CRPBSM; trad. tibi V
[8] pecc. hab. CRVM; hab. pecc. PBS
[9] nullum CRPVBS*Fr*; multum M
[10] Neque - est CRP(*mg.*)VBSM; *Fr adds* quia hoc maius est

## 101

### [1]*Augustinus de libero arbitrio, lib. I*

Si homicidium est hominem occidere, potest occidere aliquando sine peccato. Nam et miles hostem, et iudex vel minister eius nocentem, et[2] cui forte invito atque imprudenti telum[3] manu fugit[4], non mihi videntur peccare cum hominem occidunt. Respondet, Assentior, sed homicide isti appellari non solent. Item. Respondet[5], Militi iubetur lege ut hostem necet, a qua cede si temperaverit, ab imperatore penas luit. Non[6] istas leges iniustas, vel potius nullas dicere audebimus? Nam mihi lex esse[7] non videtur, que iusta non fuerit. Augustinus[8]. Legem quidem satis video esse munitam contra huiuscemodi accusationes, que in eo populo quem regit, minoribus[9] malefactis[10], ne maiora committat[11] licentiam dat[12]. Multo minus[13] enim est[14] eum qui aliene vite insidiatur quam eum qui suam tuetur, occidi; et multo est[15] immanius vitium hominem stuprum perpeti quam eum a quo illa vis infertur ab eo cui ferre conatur, interimi. Iam vero miles in hoste interficiendo minister est legis, quare officium suum facere[16] nulla libidine implevit. Porro ipsa lex que tuendi populi causa lata est, nullius libidinis argui potest. Siquidem ille qui tulit, fidei[17] iussu tulit, id est quod precipit eterna iustitia, expers omnino libidinis id agere potuit. Si autem ille cum aliqua libidine hec[18] statuit, non ex eo fit, ut ei[19] libidine obtemperare necesse sit, quia bona lex et a non[20] bono fieri[21] potest. Non enim si quis, verbi causa, tirannicam potestatem nactus, ab aliquo cui hec[22] conducit, pretium accipiat, ut statuat nulli licere vel ad coniugium feminam rapere, propterea mala lex erit, quia iniustus atque corruptus hanc tulit. Potest ergo illi legi, que tuendorum civium causa[23], vim hostilem eadem vi repelli iubet, sine libidine obtemperari. Et de omnibus ministris qui iure atque ordine potestatibus quibusque[24] subiecti sunt, id dici potest. Sed illi homines lege inculpata, quomodo inculpati queant esse non video. Liberum eis itaque est, neminem necare pro his rebus quas inviti possunt amittere, et ob hoc amare non debent. De vita enim fortasse cuipiam sit dubium utrum anime nullo pacto

---

[1] Quod potest homo aliquando occidi sine peccato *add. as rubric* M
[2] et CPBS; vel M
[3] *ss* V
[4] figit *Fr*
[5] Resp. CRPVB; *om.* SM. (ibid. cap. 5) *add.* M[2]
[6] Non CRPVBS; Num M
[7] esse CRPVSM; *om.* B
[8] (paulo post) *add.* M[2]
[9] *corr. fr.* moribus P
[10] malefactis CRPBSM; factis V
[11] [committerentur] *add.* M
[12] Respondet, Assentior, sed – licentiam dat *om.* H
[13] minus CRPBS; mitius [minus] M
[14] est CRBSM; *om.* PV
[15] est CPVBS; *om.* RM
[16] facere CRV[2]BS; *om.* PV; facile M
[17] fidei CRPVBS; si Dei M
[18] hec CRPVBS; hoc M
[19] legi cum *add.* M, *om.* CRPVBS
[20] a non CRP[2]VS; non a PB
[21] fieri CRPVBS; ferri [fieri] M
[22] hec CRPVBS; hoc M
[23] causa PVBSM; causam CR
[24] quibusque CRPVBS; quibuscumque M

auferatur, dum hoc corpus interimitur. Sed si auferri potest contempnenda est, si non potest, nichil metuendum. De pudicitia[25] vero qui[26] dubitaverit quin ea sit in ipso animo constituta, quandoquidem virtus est? unde a violento stupratore, nec ipsa eripi potest. Quicquid igitur erepturus erat ille qui occiditur, id totum in nostra potestate[27] est, quare quemadmodum nostrum appellandum sit non intelligo. Quapropter legem quidem non reprehendo, que tales permittit interfici, sed quo pacto istos defendam qui interficiunt non invenio. Respondet[28], Multo minus ergo[29] invenire possum, cur hominibus defensionem queras, quos reos nulla lex tenet.[30]
*Catena from Augustine, de libero arbitrio (*CC 27) i cc 4-5*] Ctp 3.20.32 to* appellari non solent*; IP 8.38 to* iusta non fuerit *(23, q. 5. c. Si homicidium.)*

---

[25] -ti- *ss* C
[26] qui CRPVBS; quis $R^2$M
[27] non *add.* M, nec *add.* BS, *om.* CRPV
[28] Evodius *add.* M, *om.* CRPVB
[29] ergo CRPVBS; ego M
[30] Iam vero miles in hoste – tenet *om.* H

**101A** (H)
*Ambrosius Paterno*
Hostem feriri victoria est, reum equitas, innocentem homicidium.
*Ambrose, Ep. viii. 58 (*CSEL *82(2). 112.*

## 102

[1]*Augustinus super psalmum CVIII*

Ulciscendi libido vitiosa est, magisque ad vindicem[2] pertinet inter alios hoc decernere[3], quam bonum hominem sibi expetere. Paucorum est dignoscere quomodo placeat pena[4] iniquorum accusatori inimicitia sese saturare cupienti, et quam longe alio modo iudici[5] recta voluntate peccata punienti. Ille quippe reddit malum pro malo, iste autem[6] cum vindicat non reddit malum pro malo, quoniam iustum reddit iniusto. Quod autem iustum est[7], bonum est. Punit ergo non delectatione aliene miserie, quod est malum pro malo, sed dilectione iustitie, quod est bonum pro malo.
*Augustine, Enarrationes in Psalmos (*CC *40), Ps 108 §§4, 6]*

---

[1] Quod iudex cum vindicat, non reddat malum pro malo *add. as rubric* M
[2] iudicem *Fr*
[3] disc- *Fr*
[4] pena CRPVSM; *om.* B
[5] [placeat orig.] *add. Fr*
[6] etiam *add. Fr*
[7] utique *add. Fr*

**103**

*[1]Augustinus[2] questionum in Exodum cap. 27[3]*

Cum minister iudicis occidit eum quem iudex iussit occidi, profecto si id sponte faciat homicida est, etiam si eum occidat. quem scit occidi a iudice[4] debuisse.

*Quaestionum in heptateuchum (*CC 33) ii. *qu. 39] Ctp 3.20.33; IP 8.39 (23, q. 5, c. Cum minister.)*

---

[1] Quo minister occidens quem iudex iusserit, non id sponte facere debet *add. as rubric* M
[2] lib. *add.* M
[3] cap. 27 CRPVS; xxv.... B; 21 L; *om.* M
[4] occ. a iud. CRPVBS; a iud. occ. M

**104**

*[1]Augustinus[2] questionum in Levitico[3], cap. 71[4]*

Cum homo iste[5] occiditur, lex eum occidit, non tu.

*Quaestionum in heptateuchum (*CC 33) iii. qu. 68*] Ctp 3.20.34; IP 8.41*

---

[1] Quod lex occidit hominem, non minister. *add. as rubric* M
[2] lib. *add.* M
[3] -ico CPVBS; -icum M
[4] cap. 71 CRVSL; cap. 72 P; lx....B; *om.* M
[5] iste CRPVBS; iuste M

**105**

*[1]Augustinus de diversis ecclesie observationibus, cap. 15*

Apud veros Dei cultores etiam ipsa bella pacata[2] sunt, que non cupiditate aut crudelitate, sed pacis studio geruntur, ut mali coerceantur, et boni subleventur.

*Ctp 3.20.35 (32, q. 1, c. Apud veros Dei.)*

---

[1] Quod etiam bella apud veros cultores Dei pro pace suscepta pacata sunt *add. as rubric* M
[2] pacata CRPBSM; peccata V

**106**

*[1]Augustinus[2] questionum[3] super Mattheum[4]*

Officia vindicte possunt implere boni bono animo, quomodo lex, quomodo iudex.

*Quaestiones euangeliorum i qu. 10 (*CC *44B)] Ctp 3.20.36; IP 8.40 (23, q. 5, c. Officia.)*

---

[1] De vindictis *add. as rubric* M
[2] lib. *add.* M
[3] questionum PM; quest' CV; questio R; ? B; question' S
[4] super Mattheum CRPVBS; evangeliorum M

**107a**

*[1]Augustinus ad Marcellinum*

Si terrena ista respublica precepta Christiana custodiat, et ipsa bella sine benivolentia non gerentur[2], ut ad pietatis iustitieque pacatam societatem victis facilius

---

[1] Quod Christiana disciplina non omnia bella culpat. *add. as rubric* M

consoletur[3]. Nam cui[4] licentia iniquitatis eripitur, utiliter vincitur, quoniam nichil est infelicius felicitate peccantium, qua[5] penalis nutritur impunitas, et mala voluntas velut hostis interior roboratur. Item. [6]Misericorditer enim si fieri posset[7], etiam bella gererentur[8] a bonis ut[9], licentiosis cupiditatibus domitis, hec vitia perderentur[10], que iusto imperio vel extirpari vel premi[11] debuerunt. Nam si Christiana disciplina[12] omnia[13] bella culparet, hoc potius militibus consilium salutis petentibus in Evangelio diceretur, ut abiicerent arma, seque militie omnino subtraherent. Dictum est autem eis, Neminem concusseritis, nullam[14] calumpniam feceritis, sufficiat vobis stipendium vestrum. Quibus proprium stipendium[15] sufficere debere precepit, militare utique non prohibuit.
*Ep. 183 (*CSEL *44. 140)] IP 8.42*

---

[2] -entur CRPBSM; -antur V
[3] consoletur CRPVBS; consulatur M
[4] *corr. fr.* quia P
[5] qua CRVSM; quia PB
[6] (ibidem paulo post) *add.* M[2]
[7] fieri posset CRPBSM; posset fieri V
[8] -re- *ss* C
[9] ut CPVBSM; *om.* R
[10] perder- CRPBSM; perdur- V
[11] (deprimi orig.) *add. Fr*
[12] disc. CRPBSM; *om.* V
[13] omna C; ?R
[14] nullam CRPVBSM; nulli *Fr*
[15] prop. stip. CRPBSM; stip. prop. V

**107b**

*Augustinus ad Macedonium*

Non est iniquitas[1] sed potius humanitatis societate devictus[2], qui propterea est criminis persecutor, ut sit hominis liberator.
*Ep. 153 (*CSEL *44. 398)] Ctp 3.20.37a (23, q. 5, c. Non est iniquitatis.).*

---

[1] iniquitas CRPBS; iniquus P[2]V; iniquitatis R[2]M ; [iniquus] *add.* M
[2] *corr. to* -inctus C

**108**

[1]*Item*

Non frustra instituta sunt potestas regis, ius[2] cognitoris[3], ungule carnificis, arma militis, disciplina dominantis, severitas etiam boni patris. Habent ista omnia modos suos, causas, rationes, utilitates; hec cum timentur[4], et coercentur mali, et quieti[5] inter malos vivunt boni[6]. Item. [7]Cum homo ab homine occiditur, multum distat utrum fiat nocendi cupiditate vel iniuste aliquid auferendi, sicut fit ab inimico, sicut a latrone; an ulciscendi

---

[1] CPS *break above at* Non est iniquitatis; Quod non frustra instituta est potestas regis *add. M*
[2] ius PVBSM; iuris CR
[3] (gladii inseritur in orig.) *add. Fr*
[4] *corr. fr.* timerentur P
[5] [quietius] *add.* M, orig. *add. Fr*
[6] boni P[2]VM; *om.* CRPBS
[7] Non frustra instituta – boni. Item *om.* H; (aliquanto post) *add.* M[2]

vel obediendi ordine, sicut a iudice, sicut a carnifice; an evadendi vel subveniendi necessitate, sicut interimitur latro a viatore, hostes[8] a milite. Et aliquando qui causa mortis fuit potius in culpa est quam ille qui occidit, vel[9] si quispiam decipiat fideiussorem suum, atque ille pro isto supplicium legitimum luat; nec tamen omnis qui causa aliene mortis est, reus est, velut si quisquam[10] stuprum petat, seseque, si non impetraverit[11], interimat. Quid, si filius timens patris pia verbera, precipitio pereat? quid[12], si alius homine liberato, vel ne alius liberetur, sibi ipse mortem inferat? num[13] propter istas alienorum motuum[14] causas, aut sceleri consentiendum est, aut vindicta peccati que fit non nocendi sed[15] corrigendi[16] studio, etiam paterna tollenda, aut opera misericordie cohibenda sunt? Hec cum accidunt, debemus eis humanum dolorem, non propter illa[17] ne accidant[18], recte factorum reprimimus[19] voluntatem.
*Ep. 153 (*CSEL *44. 413-4, 415-6)] Ctp 3.20.37b (23, q. 5, c. Non frustra.)*

[8] -tes CRPVM; -tis $R^2$
[9] ut *add. Fr*
[10] (quid si enim quisque, orig.) *add. Fr*
[11] -averit PVM; -avit CRBS
[12] *corr. fr.* quod R
[13] num CRSM; non PVB
[14] alienorum motuum CPSM; alienarum mortium $R^2$; alienorum mortuum RBV; (alienarum mortium, orig.) *add. Fr*
[15] fit non nocendi sed $R^2$M; non fit nocendis CS; fit nocendi R; non fit nocendi sed PVB?
[16] *corr. fr.* sorr- S
[17] propter illa CPVBS; propter <hoc> R; propterea illa M
[18] -ant $CRP^2BSM$ ; -ent P?V
[19] [reprimere] *add.* M

## 109*

### [1]*Augustinus ad Bonefacium comitem*[2]

Gravi de pugna conquereris[3] dubites nolo, utile tibi[4] tuisque dabo consilium. Arripe manibus arma[5], oratio aures pulset auctoris, quia quando pugnatur, Deus apertis celis[6] spectat, et partem quam inspicit iustam [7]ibi[8] dat palmam.
*Ps. Augustine,* PL *13. 1098] Ctp 3.20.38; IP 8.43*

[1] Quod in pugna Deus orandus est *add. as rubric* M
[2] comitem CRPVBS; *om.*M
[3] *after corr.* C, ut *add.* M, *om.* CRPVSH; ?B
[4] tibi RHM; tuis C; tui PVBS
[5] arma man. *before corr.* C
[6] [oculis] *add.* M, orig. *add. Fr*
[7] A *(fo. 192) resumes*
[8] sibi *Fr*

## 110*

*[1]Augustinus, lib. II, cap. 2*[2]

Qui gladio usus fuerit, gladio cadet. Ille autem utitur gladio qui nulla superiore ac legitima potestate vel iubente vel cedente[3], in sanguinem[4] alicuius armatur. Item.[5] Sive Deo, sive aliquo legitimo imperio iubente, gerenda bella suscipiuntur[6] a bonis, cum in eo rerum humanarum ordine inveniuntur, ubi eos tale aliquid vel iubente[7], vel in talibus obedire[8] ordo ipse constringit. Alioquin Iohannes cum ad eum baptizandi milites venirent dicentes, Et nos quid faciemus? responderet eis, Arma abicite, militiam istam[9] deserite, neminem percutite, prosternite neminem. Sed quia sciebat eos cum hec militando facerent non esse homicidas, sed ministros legis[10], et non ultores[11] iniuriarum suarum, sed salutis publice defensores, respondit eis, Neminem concusseritis, nulli calumpniam feceritis, sufficiat vobis stipendium vestrum. Item. [12]Dominum Iesum Christum audiant Manichei hoc stipendium iubentem reddi Cesari, quod Iohannes dicit[13] sufficere militi, Reddite, inquit, Cesari que Cesaris sunt, et Deo que Dei sunt. Et adhuc[14] enim Dei[15] tributa[16] prestantur, ut propter bella necessarium multis[17] stipendium prebeatur.[18] Item. [19]Interest quibus causis, quibusque auctoritatibus[20] homines bella[21] gerenda suscipiant[22]; ordo tamen ille naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit, ut suscipiendi belli auctoritas atque consilium penes principem sit, exequendi autem iussa bellica ministerium milites debeant paci salutique communi[23]. Bellum autem quod gerendum Deo auctore[24] suscipitur, recte suscipi[25] dubitare fas non est. Item. [26]Cum vir iustus, si forte sub rege homine etiam sacrilego militet, recte possit illo iubente bellare, cui[27] pacis ordinem servans; cui quod iubetur, vel non esse contra Dei preceptum certum est, vel utrum sit certum non est, ita ut fortasse reum regem faciat iniquitas imperandi,

---

[1] Quod, Deo vel aliquo legitimo imperio iubente, recte bella suscipiuntur. Item *add. as rubric* M
[2] Lib. ii cap. 2 CRPVBSA; *om.* M; *no insc.* H
[3] ced- CRPVBSA; conced- M
[4] -uinem CRPBSAM; -uine V
[5] (ibid. c. 74) *add.* M[2]
[6] suscip- CRPVBSM; suspic- A
[7] -ente CRPVBS; -ere R[2]AM
[8] iuste *add. Fr*
[9] mil. istam CRPVBSA; istam mil. M
[10] *corr. fr.* leges R
[11] *corr. fr.* –ares R
[12] (ibidem paulo post) *add.* M[2]
[13] Ioh. dic. CRPBSAM; dic. Ioh. V. debere *add.* M, *om.* CRPVBSA
[14] Et adhuc CRPVBSA; Ad hoc M
[15] Dei *om. Fr*
[16] Dei trib. CRPBSAM; trib. Dei V
[17] multis CRPVS; militis B; multi A; militi M
[18] Qui gladio usus – prebeatur. Item *om.* H
[19] (ibid. c. 75) *add.* M[2]
[20] auctoritatibus CRVBSM; auctoribus PA
[21] bella CRPVBSM; *om.* A
[22] -iant CRB[2]SAM; -ient PV; -iunt B
[23] -uni CRPBSAM; -unio V
[24] auctore CRPVBS; auctoritate A; authore M
[25] suscipi CRPVBSM; subici A
[26] (ibidem post pauca) *add.* M[2]
[27] cui CRPVBSA; civicae M

innocentem autem militem ostendat ordo serviendi, quanto magis in administratione bellorum innocentissime deversatur[28], qui Deo iubente belligerat? Quem male[29] aliquid iubere non posse, nemo qui ei servit ignorat.[30]

*Augustine, contra Faustum, catena from 22. §§. 70-6,* CSEL *25, 667-74 Ctp 3.20.39 to* alicuius armatur *only; IP 8.44-47 (23, q. 4, c. Ille gladium.), (23, q. 1, c. Qui culpatur.)*

---

[28] dev- CRPVBSA; div- M
[29] male CRPVBAM; *om.* S
[30] Item. Cum vir iustus, si – ignorat *om.* H

## 111*

### [1]*Ieronimus super Iohel*

Non solum homines ministri sunt et ultores ire Dei his qui malum operantur, et non[2] sine causa portant gladium, sed et[3] contrarie fortitudines que appellantur furor et ira Dei.

*Commentarii in prophetas minores (*CC *76), In Ioelem, c. 2)] Ctp 3.20.40; IP 8.48 (23, q. 5, c. Non solum.)*

---

[1] De ministris Dei *add. as rubric* M
[2] (unde non) *add.* M[2]
[3] *ss* S

## 112*

### [1]*Ieronimus super Isaiam, lib. V*[2]

Non est crudelis qui crudeles iugulat, sed quia crudelis[3] patientibus esse videbatur[4]. Nam latro suspensus patibulo crudelem iudicem putat.

*Commentarii in Isaiam (*CC *73) 5, c. 13 § 9 )]Ctp 3.20.41; IP 8.49 (23, q, 5, c. Non est crudelis.)*

---

[1] Quod non est crudelis qui crudeles iugulat *add. as rubric* M
[2] lib. V CPVBSAM; *om.* R
[3] crud- CRPVBSM; cred- A
[4] -ebatur CRPVBSA; -eatur M

## 113*

### [1]*Item*[2] *super Sophoniam*

Si quis fortitudinem latronis et pirate[3] diripiat infirmosque[4] reddat, prodest illi[5] sua infirmitas. Debilitata enim membra, quibus prius non bene abutebantur, a malo opere cessabunt.

*Commentarii in prophetas minores (*CC *76A), In Sophoniam, cap. 1] Ctp 3.20.42; IP 8.50 (23, q. 3, c. Si quis.)*

---

[1] Quod bene facit qui latronis vel piratae fortitudinem infirmat *add. as rubric* M
[2] Item CRPVBSA; Idem M
[3] et furis *add.* A*, om.* CRPBSVM
[4] eius *add.* A, *om.* CRPVBSM
[5] illi CRBSA; illis R[2]PM; ill’ V

## 114*

*[1]Ier'[2] super Ezechielem, lib. III*

Qui malos percutit in eo quod mali sunt, et habet vasa interfectionis ut occidat pessimos, minister est Domini.

*Commentarii in Ezechielem, (*CC *75) 3. 9] Ctp 3.20.43; IP 8.51; (23. q. 5, c. Qui malos)*

---

[1] Quod minister Dei est, qui malos in eo quod mali sunt punit. *add. as rubric* M

[2] Ier' CPVS; Ieronimus R ; Iheron' B; Ir' A; Idem M

## 115a*

*[1]Item[2] super epistolam ad Galatas, lib. II*

Iudex non est auctor sceleris, neque[3] homines vinciendo.

*Commentarii in iv epistulas Paulinas, ii (*PL 26. 393*)] Ctp 3.20.44; IP 8.52 (23, q. 5, c. Iudex.)*

---

[1] Quod iudex puniens non est effusor sanguinis, sed minister legis *add. as rubric* M

[2] Item CRPVBSA; Idem M

[3] neque CRPVBSA; nequam M

## 115b*

*Item[1] super Hieremiam*

Homicidas enim et sacrilegos, et venenarios punire non est effusio sanguinis, sed legum ministerium.

*In Hieremiam prophetam vi 4 (CSEL 59. 255)] Ctp 3.20.45; IP 8.53 (23, q. 5 c. Homicidas.)*

---

[1] Item CRBSH; *om.* PV; Idem M; Item super Hier. Hom. - minist. *om.* A

## 116*

*[1]Isidorus Ethimologiarum lib. XVIII, cap. 3[2]*

Iustum bellum est quod ex edicto[3] geritur de rebus repetendis[4], aut pro[5] pulsandorum hostium causa.[6] Iudex dictus est quia ius dictat[7] populo, sive quod iure disceptet. Iure autem disceptare est iuste iudicare. Non est enim iudex si non in eo iustitia est.

*xviii. i. 18 §§ 2, 6 ed. Lindsay] Ctp 3.20.46; IP 8.54*

---

[1] Unde iudex dicatur *add. as rubric* M

[2] cap. 3 CRPVBS; cap. 4 A; *om.* M

[3] edicto CRPSAM; dicto VB

[4] (repetitis. orig.) *add. Fr*

[5] *ss* C

[6] (cap. 15) *add. Fr*

[7] quia ius dictat CRPVBSM; quasi ius dicens A *(with Isidore)*

### 117*

*[1]Stephanus Liutwario[2] episcopo*

Non autem sine causa gladium portat rex, vindex est enim contra omnes iniquos, ut terrore comprimat quos nequit corrigere monitis salubribus. Aggrediatur igitur[3] secure que sunt Deo placita, in nullo ei beatus Petrus aberit[4] cum suo ancipiti gladio, si tamen patrie saluti consulat.

*CB Stephen V 6b] IP 8.55*

---

[1] Quod non sine causa gladium portat rex *add. as rubric* M
[2] Liut- CRPBSAM; Liti-V
[3] *ss* V
[4] *corr. fr.* abierit V

### 118*

*[1]Pandectarum lib. I[2], tit. I[3]*

Vim atque iniuriam propulsemus; nam iure hoc venit, ut quod quisque ob tutelam sui corporis fecerit, iure fecisse estimetur.

*Dig. 1.1.3; CB Varia II 16a] cf below 16.191; Ctp 3.20.47; IP 8.56*

---

[1] Quod quisque tutelam corporis sui iuste faciat *add. as rubric* M
[2] I CRVBSAM; II P
[3] I CRPBSA*(CB)*; III M

### 119*

*[1]Augustinus[2] questionum in[3] Numeri, cap. 44[4]*

Notandum est sane quemadmodum iusta bella gerebantur a filiis Israel contra Amorreos. Innoxius enim transitus negabatur, qui iure humane societatis[5] equissimo patere debebat.

*Quaestionum in heptateuchum libri septem, iv; Quaest. Numerorum, qu. 44 (*CC *33)] Ctp 3.20.48; IP 8.57*

---

[1] De iusto bello Israelitarum contra Amorraeos *add. as rubric* M
[2] lib. *add.* M
[3] libro *add.* H, *om.* CRPBSAM
[4] 44 CRPVBSAM; 43 H
[5] -atis PVBSAM; -ati CR

### 120*

*[1]Ambrosius de officiis, lib. I*

Non in inferenda, sed[2] depellenda iniuria lex virtutis est. Qui enim non repellit a socio iniuriam, si potest, tam est in vitio quam ille qui facit.

*De officiis i. 36 § 179 (*CC *15. 66]) Ctp 3.20.49; IP 8.58*

---

[1] De pellenda iniuria *add. as rubric* M
[2] in *add.* M, *om.* CRPVBSA

## 121*

*[1]Augustinus ad Bonefacium comitem*

Quid distat inter Arrianos et Donatistas?[2] Quomodo reges Domino serviunt in timore, nisi ea que contra Domini[3] iussa[4] fiunt religiosa severitate prohibendo atque plectendo? Aliter enim servit quia[5] homo est, aliter quia etiam rex est. Quia homo est[6], servit[7] vivendo fideliter; quia[8] etiam rex est, servit leges iusta precipientes et contraria prohibentes convenienti vigore sanciendo.

*Ep. 185 (*CSEL *57. 17)] Ctp 3.20.50; IP 8.59 (23, q. 4, c. Si Ecclesia in fine.)*

---

[1] Quod rex aliter servit Deo ut homo, aliter ut rex *add. as rubric* M
[2] Quid - Don. CRPVBSA; *om.* HM
[3] Domini CRPVBSM; Deum A
[4] iussa CRPVBA; precepta S
[5] *corr. fr.* quia servit quia A
[6] enim *add.* A, *om.* CRPVBSM
[7] vit *repeated* A
[8] vero *add.* A*Fr*, *om.* CRPVBSM

## 122*

*[1]Concilium Arelatense I[2], cap. 3*

Qui arma proiiciunt in prelio, placuit eos[3] abstinere a communione.

---

[1] De poenitentia eorum qui arma in praelio proiiciunt *add. as rubric* M
[2] I CRPVBSM; lib. I A
[3] *corr. fr.* eis R

## 123*

*[1]Gregorius Theodoro medico*

Valde mihi durum videtur, ut ab eius servitio milites suos prohibeat imperator, qui et ei omnia tribuit, et dominari eum non solum militibus, sed etiam sacerdotibus concessit. Numquid si intentio servandarum rerum[2] est, non poterant ea ipsa monasteria que milites suscepissent alienas res reddere, atque ad conversionem homines tantummodo habere?

*Reg. (*CC *140) iii. ep. 64]*

---

[1] Quod milites Deo et ecclesiis servire debeant. *add. as rubric* M
[2] *in mg.* P

## 124*

*[1]Gregorius lib. VIII[2] registri[3] omnibus episcopis de lege Mauritii augusti*

Legem quam piissimus imperator dedit, ne fortasse hi[4] qui militie vel rationibus sunt[5] publicis obligati, dum causarum suarum periculum fugiunt, ad ecclesiasticum

---

[1] Ut milites antequam in monasterio recipiantur per triennium probentur. *add. as rubric* M
[2] VIII CRPVSHAM; VII B
[3] Reg. CRPVBSM; *om.* A
[4] hi RPVBS; ii CAM

habitum veniant, vel in monasteriis convertantur, vestre studui[6] fraternitati transmittere. Hoc maxime excitant[7], quod hi[8] qui seculi actionibus implicati sunt, in clero ecclesie propere[9] suscipiendi non sunt, quia dum in ecclesiastico habitu non dissimiliter quam vixerunt[10] vivunt, nequaquam student seculum fugere, sed mutare. Quod si etiam tales quique[11] monasterium petunt[12], suscipiendi nullo modo sunt, nisi prius a rationibus[13] publicis fuerint absoluti. Si qui vero ex militaribus numeris[14] in monasteriis converti festinant, non sunt temere suscipiendi nisi eorum vita subtiliter fuerit inquisita. Et iuxta normam regularem debent in suo habitu per triennium probari[15], tunc monachicum habitum Deo auctore suscipere.

*Reg. (*CC *140A) iii ep. 10] Ctp 3.20.51 (Dist. 53, c. Legem.)*

---

[5] *ss* P
[6] -dui CRPVBSM; -dii A
[7] excitant CRVBSA; exortans P; excitat M; [exhortans. orig.] *add. Fr*
[8] hii RPV; ii CBA; hi SM
[9] prepropere *Fr*
[10] -erant *Fr*
[11] quoque *Fr*
[12] petunt CRPBSAM; *om.* V
[13] act- *Fr*
[14] [viris] *add.* M, orig. *superadd. Fr*
[15] et *add.* M, *om.* CRPVBSA

## 125a*

*[1]Augustinus de verbis Domini, tract. 19*

Militare non est delictum, sed propter predam militare peccatum est. Nec[2] rempublicam gerere criminosum est, sed ideo agere rempublicam ut rem familiarem potius augeas videtur esse dampnabile. Propterea enim[3] providentia[4] quadam militantibus sunt stipendia constituta, ne dum sumptus queritur, preda[5] grassetur[6]. Item[7]. Dominus ipse dixit, Reddite que sunt Dei[8] Deo, et que sunt Cesaris[9] Cesari, igitur quod Cesar precipit[10] ferendum est, quod imperii[11] dicit[12] tolerandum est. Sed fit intolerabile, dum illum[13] preda exactionis accumulat. Item[14]. Interrogaverunt Iohannem milites dicentes, Quid faciemus et nos? Ait illis. Neminem concutiatis, neque calumpniam faciatis, sed contenti[15] estote stipendiis vestris. Sic autem cognoscere se debet omnis homo qui

---

[1] Quod non est delictum militare, nisi pro praeda et huiuscemodi *add. as rubric* M
[2] Nec CRPBSAM; Non V
[3] enim CRBPVAM; *om.* S
[4] -tia CRPVBSM; -tiam A
[5] [praedo] *add.* M
[6] preda grass. *in mg* P
[7] Item CRPVBAM; *om.* S. (ibidem post pauca) *add.* M[2]
[8] sunt Dei CRPBSBSVM; Dei sunt A
[9] sunt Ces. CRPVBSM; Ces. sunt A
[10] *corr. fr.* precepit P
[11] imperii CRPVBSA[2]; imperi A; imperator R[2]M
[12] dicit CRPVBAM; dixit S; indicit *Fr*
[13] illum CRPVBSA; illud M
[14] (ibidem aliquando post) *add.* M[2]
[15] contenti CRPBSAM; contempti V

militat; non enim tantum de his militantibus scriptura loquitur qui armata militia detinentur, sed quisquis[16] militie sue cingulo utitur, dignitatis sue miles ascribitur, atque ideo hec sententia potest dici[17], verbi gratia, militibus protectoribus cunctisque rectoribus, Quicumque sibi stipendia publice decreta consequitur, si amplius querit, tanquam[18] calumpniator et concussor, Iohannis sententia condempnatur.[19]

*Catena from Maximus Taurinensis (*CC *23) sermo 26 –* M *cites (in Matth. de ver. Domini serm. 19)] Ctp 3.20.52; IP 8.60 (23, q. 1, c. Militare.)*

---

[16] -quis CRPVBSAM; -que *Fr*
[17] pot. dici CRPBSAM; dici pot. V
[18] tanquam CRPVBSM; quam A
[19] Item. Dominus ipse dixit – condempnatur *om.* H

## 125b*

### *Augustinus[1] ad Bonifacium comitem*

Milites sub armis militare non prohibuit Iohannes, quibus suum stipendium sufficere debere precepit.

*Ep. 189 (*CSEL *57. 134)] Ctp 3.20.53a*

---

[1] August. CRPVBSM; Amb. A

## 126*

### [1]*Item*

Noli existimare neminem Deo placere posse qui in armis bellicis militat. In his erat sanctus David, cui Dominus tam magnum perhibuit testimonium; etiam in his plurimi illius temporis iusti. In his erat et ille centurio qui Domino dixit, Non sum dignus ut intres sub tectum meum.

*Ep. 189 (*CSEL *57. 134)] Ctp 3.20.53b*

---

[1] Item CRPVBA; Aug. ad Bonefacium comitem H (*which omits c 125b)*; Quod non est existimandum milites Deo non placere. Idem *with break* M; *no break* S

## 127*

### [1]*Vita beati Gregorii lib. I[2], cap. 16*

Dum[3] ad clericalem confessionem[4] tam[5] ecclesiastica quam ex[6] seculari quoque militia diversis occasionibus cotidie pene[7] multitudo conflueret, pastor ad omnia providus nequaquam eos ad ecclesiastici decoris officium, sed ad capiendum solummodo monachicum propositum suscipiendum[8] esse censebat.

*Vita Gregorii I papae auctore Iohanne diacono* ii. c. 16 (PL *75.93)]*

---

[1] Quod milites non sint ad clerum suscipiendi, sed ad monachicum habitum. Ex *add.* M
[2] I CRPVBSA; II M
[3] Dum CRPVSAM; Cum B
[4] conf- CRPVBS; prof AM
[5] ex *add.* C[2]RAM, *om.* CPVBS
[6] *ss* P
[7] innumerabilis *add.* AM (*with* Vita), *om.* CRPVBS
[8] -dum CRPVBS; -dos AM

## 128*

*[1]Item[2] lib. III, cap. 51[3]*

Porro Mauricio tunc avarissimo, simulque rapacissimo principi, suggestionibus[4] inimicorum suorum funestissimam legem ferenti, ut nullus[5] militum qui videlicet in manus[6] signatus fuisset[7], converti liceret, inter cetera sic respondit, Ad hoc potestas super omnes homines pietati dominorum meorum celitus data est ut qui bona appetunt adiuventur, ut celorum via largius pateat, ut terrestre regnum celesti[8] regno famuletur. Et ecce aperta voce dicitur, ut ei qui semel in terrena militia signatus fuerit, nisi aut expleta militia aut pro debilitate corporis repulsus, Christo militare non liceat. Ad hec etiam[9] per me servum ultimum suum et vestrum Christus respondit[10] dicens, Ego te de notario comitem excubitorum, de comite excubitorum Cesarem, de Cesare imperatorem, non solum hoc, sed etiam patrem imperatorum feci. Sacerdotes[11] tue manui[12] commisi, et tu a meo servitio milites tuos subtrahis? Responde, ergo[13], piissime domine[14], servo tuo, quid venienti et[15] hec dicenti responsurus es in iudicio Domino tuo? Et post pauca, Requirat ergo[16] Dominus meus[17] quis prior imperatorum talem legem dederit, et subtilius estimet si debuit dari[18].

*ibid. iii. c. 90 (*PL *75. 160)]*

---

[1] Ut imperator nulli militum prohibeat, si converti voluerit. *add. as rubric* M
[2] Item CRPVBSA; Ibidem M
[3] 51 CRPVBSA; 50 M
[4] -oni- *ss* C
[5] nullus RPVBSA; nullum C; nulli M
[6] manus CRPVBSA; manu M
[7] *corr. fr.* –issed R
[8] -esti CRPVBSM; -estis A
[9] etiam CRPVSM; ecce A; [al. ecce orig.] *add. Fr*; ?B
[10] -dit CRPVSA; ? B; -det M
[11] meos *add. ss* R
[12] tue man. CRPBSAM; man. tue V
[13] ergo CRPVBSA; rogo [ergo] M
[14] *corr. fr* –ino A
[15] et CRPVBSM; ad A
[16] ergo CRPVBSM; rogo A
[17] meus CRPVBSA; misericors M; [al. meus, orig.] *add. Fr*
[18] deb. dari CRPVBSA; dari debuerit M

## 129*

*[1]Idem[2] Theodoro medico post aliqua[3]*

Peccatis, inquit, meis[4] facientibus, ex quorum suggestione vel consilio nescio, talem in republica suam[5] legem protulit imperator, ut nullus qui actionem publicam egit,

---

[1] Quod imperator milites converti prohibens Deo adversus sit *add. as rubric* M
[2] Idem AM; Item CRPVBS
[3] post aliqua CRVSA; post aliam P; post pauca B; *om.* M
[4] inq. meis CRBSAM; meis inq. PV
[5] suam CRPVBSA; sua M

nullus qui optio[6] vel manu signatus, vel inter milites[7] habitus, ei in monasterio converti liceat, nisi forte militia eius fuerit expleta. Quam legem primum, sicut hi dicunt qui leges veteres noverunt, Iulianus protulit, de quo scimus omnes quantum Deo adversus fuit.[8]
*Excerpted from Greg.Reg. (*CC 140) *iii ep. 64]*

---

[6] optio CRPVBSA; optione R[2]; officio M
[7] fuit *add.* M, *om.* CRPVSA; B
[8] A *fo. 192v ends*

## 130

*De homicidiis voluntariis[1]. Ex concilio Triburiensi, cap. 4*

Si quis spontanea voluntate homicidium perpetraverit, iuxta decreta Melchiadis pape, et Triburiensis concilii statuta, talem penitentiam accipere debet[2]. In primis, ut licentiam non habeat ecclesiam intrandi illos proximos quadraginta dies, nudis pedibus incedat, et nullo vehiculo utatur. In laneis vestibus sit absque femoralibus, arma non ferat, et nichil sumat in his quadraginta diebus nisi tantum panem et salem, et puram aquam bibat, et nullam communionem cum ceteris Christianis neque cum alio penitente habeat in cibo et potu, antequam quadraginta dies adimpleantur, et ex cibo quem sumit nullus alius manducet. Considerata vero persone qualitate vel infirmitate, de pomis vel oleribus, seu leguminibus, prout visum fuerit, aliquid pro misericordia indulgeatur, maxime si quis coactus, et non sponte homicidium fecerit. Et ei omnimodis ex canonica auctoritate interdicatur, ut in his diebus cum nulla femina misceatur, nec ad propriam uxorem accedat, nec cum aliquo homine dormiat. Iuxta ecclesiam sit, ante cuius ianuas peccata sua defleat, diebus ac noctibus non de loco ad locum pergat, sed in uno loco his quadraginta diebus sit. Et si forte habuerit insidiatores vite sue, interim differatur ei penitentia, donec ab episcopo pax ei ab inimicis concedatur. Et si infirmitate detentus fuerit, ita ut non possit digne penitere, differatur penitentia donec sanitati restituatur. Si autem longa egritudine detentus fuerit, ad sententiam episcopi pertinebit, quo modo reum et infirmum sanare disponat. Completis quadraginta diebus, aqua lotus, vestimenta et calceamenta accipiat, et capillum incidat.
*(cap. 55, sed sententiis in plaerisque transpositis). BD 6.1]*

---

[1] et modo poenitentiae eorum *add.* M
[2] Si quis - accipere debet *is the rubric to BD 6.1; in text* CPBM

## 131

*Quid in primo anno observare debeat. Ex eodem concilio, cap. 5*

[1]In primo anno post quadraginta dies, totum illum annum a vino, a medone, et mellita cervisia, a carne, et caseo et pinguibus piscibus abstineat, nisi festis diebus qui in illo episcopio a cuncto populo celebrantur. Et nisi forte in magno itinere, vel in hoste, vel diu ad Dominicam curtem[2], vel infirmitate detentus sit, tunc liceat uno denario, vel pretio unius denarii, aut tres pauperes pascendo tertiam feriam, quintam feriam, et sabbatum

---

[1] (locus obscurus) *add.* M[2]
[2] [curtim] *add.* M

redimere, ita duntaxat, ut una re de tribus utatur[3]. Postquam domum venerit, aut sanitati fuerit restitutus, nullam licentiam habeat redimendi. Completo anni circulo in ecclesiam introducatur, et pacis osculum ei concedatur.
*(cap. 56). BD 6.2]*

---

[3] (ut vel carne, vel vino, vel medone, id est de tribus una re utatur, non omnibus vescatur. Ita codex conciliorum) *add.* M[2]

## 132

*Quid in secundo et tertio anno observare debeat. Ex eodem, cap. 6*

In secundo et tertio anno similiter ieiunet[1], nisi quod tertiam feriam, et quintam, et sabbatum potestatem habeat redimendi pretaxato pretio ubicumque est. Cetera diligenter omnia observet, ut in primo anno.
*(ita codex conciliorum. cap. 57). BD 6.3]*

---

[1] (poeniteat) *add.* M[2]

## 133

*Quid in reliquis quatuor annis observare debeat. Idem de eodem, cap. 7[1]*

Quatuor anni deinde restant, per quos singulos ieiunet tres quadragesimas. Unam ante Pascha cum ceteris Christianis, abstinendo de vino, medone, mellita cervisia, carne et sagimine, et ovis, et pinguibus piscibus. Alteram ante nativitatem sancti Iohannis Baptiste, si aliquid remanet de quadraginta diebus, post missam sancti Iohannis impleat. Tertiam ante Natalem Domini ieiunet, ut supradictum est. Et in quatuor supradictis annis tertia et quinta feria et Sabbato utatur quicqid vult. Et secundam et quartam feriam redimere potest pretio iam supradicto, sextam omnimodis observet in pane et aqua, et nequaquam redimat. His expletis, sacram communionem accipiat.
*(cap. 58). BD 6.4]*

---

[1] 7 CRVBSM; 6 P

## 134

*De homicidiis et calumpniis episcoporum et reliquorum ordinum. Ex concilio apud Theodonis villam, cap. 1*

In concilio apud Theodonis villam ubi interfuerunt triginta duo episcopi, Aistolfus, Maguntiensis archiepiscopus, cum suis suffraganeis[1]; Hecti[2] Treverensis archiepiscopus cum suis suffraganeis;[3] Ebo[4], Remensis archiepiscopus, cum suis suffraganeis, cum nuntiis reliquorum episcoporum Gallie et Germanie, ob nimiam presumptionem quorumdam tirannorum in sacerdotes Domini bacchantium, et propter factum quod in Vasconia noviter acciderat de episcopo Iohanne inhoneste et inaudite

---

[1] Hetti - suff. *om.* S
[2] Hecti CPB; Hecto [Hetto] M
[3] Hecti – suffrag. *in lower mg.* R. Hadabaldus archiepiscopus cum suis suffraganeis *add.* M, *om.* CRPB, [Coloniensis, orig.] *superadd. Fr*
[4] [Ebbo] *add.* M

mordridato, decretum est ut communi consensu et humili devotione supplicarent auribus principis, si sue pietati complaceret, ut calumpnia in Christi sacerdotes peracta, iuxta sinodica determinaretur pleniter statuta. Hoc idem episcoporum iudicio placeret, si ex toto secundum potestatem ipsorum posset definiri, id est, ut canonica ferirentur sententia, hi videlicet qui timorem Domini post ponentes in ministros suos grassari presumerent. Quod si vero pietati illius complaceret, iuxta capitula regum precedentium, ubi eorum provisio misericorditer in offensis pecunie quantitatem interposuit, pro consolatione[5] sancte ecclesie, ut prefate res per pecuniam ab imperatoribus sacerdotibus[6] ad defensionem concessam, et per penitentiam determinarentur episcoporum iudicio, si pietas illius collaudare voluerit, sic definiri eis complaceret. Si quis subdiaconum calumpniatus fuerit, vulneraverit, vel debilitaverit, et convaluerit, 5 quadragesimas sine subditis annis peniteat, et 300 solidos cum sua compositione et episcopalibus bannis episcopo componat. Si autem mortuus fuerit, singulas supradictas quadragesimas cum sequentibus annis peniteat, et 400 solidos cum tripla sua compositione, et episcopalibus bannis triplicibus episcopo componat[7]. Si diaconum calumniatus fuerit, et convaluerit, sex quadragesimas sine subditis annis peniteat, et 400 solidos cum compositione sua et episcopalibus bannis componat; si autem mortuus fuerit, singulas supradictas sex quadragesimas cum sequentibus annis peniteat, et 600 solidos cum tripla sua compositione, et episcopalibus bannis triplicibus episcopo componat. Si[8] presbiterum calumpniatus fuerit et passaverit[9] quadragesimas sine subditis annis peniteat, et 600[10] solidos cum triplici sua compositione, et episcopalibus bannis triplicibus episcopo componat. Si autem mortuus fuerit, duodecim annorum penitentia secundum canones ei imponatur, et 900 solidos cum triplici compositione sua, et episcopalibus bannis triplicibus episcopo componat. Si quis episcopo insidias posuerit, comprehenderit, vel in aliquo dehonestaverit, decem quadragesimas cum subditis annis peniteat, et presbiteri non occisi triplicem compositionem componat. Si autem casu et non sponte occiditur, cum comprovincialium episcoporum concilio homicida peniteat. Si quis autem sponte eum occiderit, carnem non comedat, vinum non bibat omnibus diebus vite sue, cingulum militare deponat, absque spe coniugii in perpetuo maneat. Aistolfus Magontiensis episcopus dixit, Si principibus placuerit aliisque suis fidelibus, rogemus ut collaudetur et subscribatur. Et collaudatum est, et subscriptum est tam a principe quam a ceteris omnibus.

*(sub Paschale I) BD 6.5] (17, q. 4, c. Si qui subdiaconum.)*

---

[5] (levigatione poenitentiae placuit) *add.* M[2]

[6] (et a sibi succedentibus) *add.* M[2]

[7] (cum compositione sua et episcopalibus bannis episcopo componat) *add.* M[2]

[8] quis *add.* M, *om.* CPBS

[9] fuerit et passaverit 6 CPBS; vulneraverit vel debilitaverit et convaluerit 7 [12] M, (alia lectio 600 orig.) *add. Fr*

[10] 600 CPBS; 900 M

**135**

*De eadem re. Ex concilio Triburiensi cap. 1. Capitulum ecclesiasticum apud Triburiam[1] a Carolo magno, et primis Gallie et Germanie collaudatum et subscriptum*

Placuit nobis et fidelibus nostris, ut sicut ab episcopis et reliquis sacerdotibus, ac Dei servis alio anno apud Theodonis villam admoniti fuimus et rogati, ut episcopi et eorum ministri, quos Deus suo non humano iudicio reservavit, iuxta sanctorum canonum, sanctorumque patrum ac capitularium precedentium regum coram positorum statuta, et Dei sacerdotes eorumque cooperatores, quorum intercessionibus supplicationibusque sancta Dei ecclesia constare videtur, intacti permaneant, constituamus.[2] Ut si quis subdiaconum calumpniatus fuerit et convaluerit, penitentia canonica peniteat, et 300 solidos episcopo componat. Et si mortuus fuerit, iuxta id quod canones precipiunt peniteat, et 400 solidos episcopo componat.[3] Si diaconum quis calumpniatus fuerit, et convaluerit, peniteat secundum canones, et 400 solidos episcopo componat. Si non convaluerit iuxta precepta sinodalia peniteat, et 600 solidos episcopo componat. [4]Si presbiterum quis male tractaverit et passaverit[5], secundum eius episcopi sententiam peniteat, et 900 solidos episcopo componat. Si autem mortuus fuerit, ut sinodus diiudicaverit peniteat, et 1200[6] solidos episcopo componat. [7]Et si quis episcopo insidias posuerit, comprehenderit, vel in aliquo dehonestaverit, peniteat secundum canonum statuta, et presbiteri non occisi triplicem compositionem cum iustitiis que in superiori capitulo scripte et confirmate esse videntur, componat.[8]Si quis per industriam episcopum occiderit, iuxta id quod apud Theodonis villam a triginta duobus episcopis [9]decretum est, et quod ibi a nobis, et a primatibus totius Germanie et Gallie benigna collaudatione collaudatum est et subscriptum est, peniteat et pecuniam a nobis concessam ecclesie viduate persolvat. Et hoc de nostro adiecimus, ut si quis in his supradictis sanctorum canonum nostrique decreti sanctionibus, episcopis inobediens et contumax extiterit, primum canonica sententia feriatur, deinde in nostro regno beneficium non habeat, et allodis[10] eius in bannum mittatur, et si annum et diem in nostro banno permanserit, ad fiscum nostrum redigatur, et captus in exilium relegetur, et ibi tam diu custodiatur et constringatur donec coactus Deo et sancte ecclesie satisfaciat, quod prius gratis facere noluerat. Et si omnibus vobis ista complacuerint, dicite. Et tertio ab omnibus conclamatum est, Placet. Et imperatores, et pene omnes Gallie et Germanie principes subscripserunt, singuli singulas facientes cruces. Et ecclesiasticus ordo Deo et principibus laudes referentes, himnum, Te Deum laudamus decantabant, et sic soluta est sinodus.
*BD 6.6]*

---

[1] (Codex conciliorum attribuit Theonis villensi concilio) *add.* M[2], praecedenti, post quod haec habentur *superadd. Fr*
[2] (Cap. 1.) *add. Fr*
[3] (Cap. 2.) *add. Fr*
[4] (Cap. 3.) *add. Fr*
[5] spass- *Fr*
[6] 1200 CPBS; 120 M; [900 habet codex Conciliorum] *add.* M[2]
[7] (Cap. 4.) *add. Fr*
[8] (Cap. 5.) *add. Fr*
[9] [Triburiam, a 22 episc. sic codex conc.] *add.* M[2]
[10] [allodium] *add.* M

## 136

*De eadem re. Ex concilio Maguntiensi, cap. 24*[1]

Qui presbiterum occidit, duodecim annorum ei penitentia secundum canones imponatur; aut si negaverit, si liber est cum 72 iuret. Si autem servus super duodecim vomeres ferventes se expurget. Convictus noxe usque ad ultimum vite tempus militie cingulo careat, et absque spe coniugii maneat.

*BD 6.7] (17, q. 4, c. Qui presbyterum.)*

---

[1] 24 CPBSH; 19 M

## 137

*De interfectoribus sacerdotum. Ex concilio Vormatiensi, cap. 3*[1]

Qui sacerdotem voluntarie occiderit, carnem non comedat, et vinum non bibat cunctis diebus vite sue. Ieiunet usque ad vesperam, exceptis diebus festis atque Dominicis. Arma non sumat, equum non ascendat, ecclesiam per quinque annos non ingrediatur, sed ante fores ecclesie stet. Post quinque annos ecclesiam ingrediatur, nondum vero communicet, sed inter audientes stet. Cum autem fuerit duodecim anni cursus finitus, communicandi ei licentia concedatur, et equitandi tribuatur remissio. Maneat autem in reliquis observationibus tres dies per ebdomadam, ut perfectius purificari mereatur.

*(conc. Magunt. sub Arnulpho imper. c. 16, et Tribur. c. 5). BD 6.8]*

---

[1] 3 CPSH; 4 B; 13 M

## 138

*De presbiteris depositis et sic occisis. Ex concilio Turonico, cap. 3*

Nuntiatum est nobis quod aliqui qui olim dixerunt se fuisse sacerdotes, et postea degradati pro suis peccatis penitentiam agendo, suffragia sanctorum per diversa loca transeuntes quesierunt, trucidati sunt; huiuscemodi interfectoribus omnem ecclesiasticam dignitatem denegamus, donec dignam penitentiam pro reatu suo, secundum iudicium episcoporum exsolvant, quia gravius aliis homicidis penitere debent.

*BD 6.9]*

## 139

*De presbiteris qui sine orario occiduntur. Ex concilio Triburiensi, cap. 26, cui interfuit Arnulfus rex*

Ut presbiteri non vadant nisi stola vel orario induti. Et si in itinere spoliantur vel vulnerantur, aut occiduntur non stola vestiti, simplici emendatione sua solvantur; si autem cum stola, triplici.

*BD 6.10] (14, q. 4, c. Ut presbyteri.)*

**140**

*De presbitero interfecto ad quem eius compositio pertineat. Ex eodem concilio, cap. 5*

Presbiteri interfecti compositio episcopo ad cuius parociam pertinebat solvatur, ita videlicet ut medietatem wirigeldi[1] eius utilitatibus ecclesie cui prefuit tribuat, et alteram medietatem in eleemosinam eius iuste dispartiat, quia nullus nobis eius heres proximior videtur quam ille qui ipsum Domino sociavit.

*(cap. 4) (capitul. l. IV, c. 15) BD 6.11 and cf above 10.8] (17, q. 4, c. Omnes presbyteri.)*

[1] [wergeldi] *add.* M[2]

**141**

*De illis qui per insidias homicidium perpetraverint. Ex concilio Nannetensi, cap. 2*

Si quis voluntarie et per insidias hominem interfecerit, iugi penitentie se submittat. Et si hoc publice actum constat, si laicus est, a communione orationum quinquennio removeatur. Post quinquennium tantum in orationum communionem recipiatur, non autem offerat, non corpus Domini contingat. In quo perdurans quatuordecim annis, tunc ad plenam communionem cum oblationibus recipiatur.

*(cap. 17). BD 6.12]*

**142**

*Item de homicidio sponte commisso. Ex concilio Ancirano, cap. 21*

Qui voluntarie homicidium fecerint, penitentie quidem iugiter submittant se, perfectionem vero circa vite exitum consequantur.

*(et concil. Tribur. c. 54). BD 6.13]*

**143**

*[1]De eadem re. Ex concilio Parisiensi, cap. 6*

Si quis homicidium sponte commiserit, et non violento resistens, sed vim faciens, innocentem et simpliciter gradientem interfecerit, usque ad finem vite sue graviter peniteat, sic tamen ut si penitentiam bene peregerit, in exitu ei communionis viaticum non denegetur.

*BD 6.14]*

[1] Item *add.* M

**144**

*De homicidio non sponte commisso. Ex concilio Ancirano, cap. 12[1]*

De homicidiis non sponte commissis prior quidem definitio per septennem penitentiam perfectionem consequi precipit; secunda vero quinquennii tempus explere.

*(et concil. Tribur. c. 52). BD 6.15]*

[1] 12 CPBS; 22 M

**145**

*De eadem re. Ex concilio Nannetensi, cap. 2*

Si quis casu, non volens, homicidium perpetraverit, quadraginta dies in pane et aqua peniteat. Quibus peractis, biennium ab oratione fidelium segregetur, nec communicet, nec offerat. Post biennium in communionem orationis suscipiatur, offerat autem, non tamen communicet. Post quinquennium ad plenam communionem recipiatur[1]. Abstinentia ciborum in arbitrio sacerdotis maneat.

*(cap. 18).BD 6.16]*

[1] offerat autem non – recipiatur *in mg.* V

**146**

*De illo qui domino suo precipiente homicidium fecerit. Ex eodem[1], cap. 25[2]*

Si quis liber iubente domino suo servum eius occiderit, ut homicidium sponte commissum peniteat[3].

*BD 6.17]*

[1] concil' *add.* S, *om.* CPBM
[2] *corr. fr.* 15 P
[3] lugeat (vel peniteat *ss*) V

**147**[1]

*De illo qui servum suum interfecerit. Ex concilio Agathensi, cap. 62*

Si quis servum proprium sine conscientia vel iudicio[2] iudicis occiderit, ut homicidium sponte commissum lugeat.

*(Et conc. Wormat., c. 38, sed in quibus sic legitur, Excommunicatione, vel poenitentia biennii reatum sanguinis emundabit.) BD 6.18]*

[1] *Whole cap. in mg.* V
[2] vel iudicio *om. Fr*

**148**

*De femina que in furore suo ancillam suam verberaverit et sic perierit. Ex concilio Eliberitano, cap. 5*

[1]Si qua domina furore zeli accensa flagellis verberaverit ancillam suam, ita ut infra diem tertium animam cum cruciatu effundat, eo quod incertum sit voluntate, an casu occiderit; si voluntate, post septem annos; si casu, post quinquennii tempora, acta legitima penitentia, ad communionem placuit admitti. Quod si infra tempora constituta fuerit infirmata[2], accipiat communionem.

*(et Wormat. c. 39). BD 6.19*

[1] S *adds* Si quis servum proprium *repeated from c 147*
[2] [infirmitate gravata] *add.* $M^2$

**149**

*De eadem re[1]. Ex decretis Silvestri pape*

Si quis hominem publice penitentem interfecerit, ut homicidium sponte commissum dupliciter peniteat, et nisi in fine non communicet.

*BD 6.20]*

---

[1] De eadem re CPB; De eo qui hominem publice poenitentem occiderit M

**150**

*De illis qui in opere necessario casu homicidium perpetraverint. Ex concilio Wormatiensi, cap. 5*

Sepe contingit ut dum quis operi necessario insistens arborem incidit, aliquis subtus ipsam veniens deprimatur; et idcirco si voluntate vel negligentia incidentis arborem factum est, ut homicida penitentie debet omnino submitti. Quod si non voto, nec incuria illius, non denique hoc cum scientia contingit, sed dum ille operi necessario fortassis incumberet, iste insperatus occurrit sub arbore, et sub ipsa oppressus, incisor arboris non tenetur pro homicida.

*(cap. 29). BD 6.21] Ctp 3.20.54 (Dist. 50, c. Sepe contingit.)*

**151**

*De eadem re. Ex concilio Triburiensi, cap. 17*

Si duo fratres in silva arbores succiderint, et appropinquante casura unius arboris, frater fratri dixerit, Cave, et ille fugiens in pressuram arboris inciderit, et mortuus fuerit, vivens frater innocens de sanguine germani diiudicetur.

*(cap. 36). BD 6.22] Ctp 3.20.55 (Dist. 50, c. Si duo.)*

**152**

*De illis qui in publico bello homicidium committunt. Ex concilio Magontiensi, cap. 2*

Oportet autem diligentius eos admonere qui homicidia in bello perpetrata de nichilo ducunt, excusantes se non ideo necesse habere de singulis facere penitentiam, eo quod iussu principum peractum sit, et Dei iudicio ita finitum. Scimus enim quod Dei iudicium semper iustum est, et nulla reprehensione dignum. Sed tamen oportet eos considerare, qui hanc necem nefariam cupiunt, utrum se coram oculis Dei quasi innoxios excusare possint, qui propter avaritiam, que omnium malorum radix est, et idolorum servituti comparatur, atque propter favorem dominorum suorum temporalium eternum Dominum contempserunt, et mandata illius spernentes non casu, sed per industriam homicidium fecerunt. Nam de his legimus qui homines non sponte interfecerunt, Dominum per legislatorem urbes refugii deputasse, ad quas confugientes salvarentur ab ultore sanguinis proximi sui, et non morerentur. Unde in Deuteronomio scriptum est, Hec erit lex homicide cui vita servanda est. Qui percusserit proximum nesciens, et heri et nudius tertius nullum contra eum habuisse odium comprobatur, sed abiisse simpliciter cum eo in silvam ad ligna cedenda, et in succisione lignorum securis fugerit de manu, aut ferrum lapsum de manubrio amicum eius percusserit et occiderit, hic ad unam urbium supradictarum confugiat, et vivat, ne proximus eius cuius sanguis effusus est, stimulo

doloris percutiat animam eius. De eo vero qui per industriam aliquem occiderit, in Exodo scriptum est, Si quis de industria et per insidias occiderit proximum, ab altari meo evelles eum ut moriatur. Et in Deuteronomio, Si quis odio habens proximum suum, insidiatus fuerit vite eius, et surgens percusserit eum, et mortuus fuerit, et fugerit ad unam de supradictis urbibus, mittent seniores civitatis illius, et rapient eum de loco refugii, et tradent eum in manus proximi eius cuius sanguis effusus est, et moriatur, nec misereberis eius. Si ergo illum quem dignum morte esse iudicavit Dominus, reum non esse quis dicit, quomodo contrarius legis Dei non extitit, qui hoc quod Dominus precipit casum esse contendit? Sed inter hec sciendum est quod magna distantia est inter legitimum principem, et seditiosum tirannum, inter eum qui subvertere nititur Christiane pacis tranquillitatem, et illum qui armis contra iniquitatem certat defendere equitatem.
*BD 6.23]*

**153**

*De illis qui de homicidio sunt infamati, si negaverint. Ex concilio Turonensi, cap. 2*

Ubi manifestari potest quemlibet hominem perpetrasse homicidium, secundum canonicam auctoritatem condignum penitentie iudicium illi ingeratur. Si autem manifestis indiciis non potest probari eum homicidam esse, nec ipse vult confiteri, omnipotentis Dei iudicio, cui omnia occulta manifesta sunt, reservetur, ei tamen indicetur publice a presbitero quod communione ecclesiastica indignus sit, et ea carere debeat, donec perpetratum crimen confiteatur, et per confessionem et penitentiam condignam ab hoc crimine se absolvere certet.
*BD 6.24]*

**154**

*De insano si homicidium perpetraverit. Ex eodem, cap. 7*

Si quis insaniens aliquem occiderit, si ad sanam mentem pervenerit, levior ei penitentia imponenda est, quam ei qui sana mente tale quid commiserit. Cui quamvis penitentia sit imponenda, quia ipsa infirmitas causa peccati fuisse creditur, tantum tamen levior quam ei qui sanus aliquem occiderit, quantum inter sanum et insanum, et irrationabile et rationabile constat esse discriminis.
*(conc. Vorm. c. 28). BD 6.25]*

**155**

*De illis qui veneficio homicidia committunt. Ex concilio Eliberitano, cap. 5*[1]

Si quis vero veneficio interfecerit alterum, eo quod sine idololatria perficere scelus non potuit, nisi in fine impertiendam non esse illi communionem.
*BD 6.26]*

[1] 5 CPS; ? B; 6 M

**155A** (H, *replacing c. 155)*

*Augustinus in libro de summo bono*

Secundum catholicam fidem sanamque – quod nocuit
*Below, 14. 9*

**156**

*De illo per cuius delationem aliquis interfectus fuerit. Ex eodem concilio, cap. 1*[1]

Delator si quis extiterit fidelis, et per delationem eius aliquis fidelium fuerit proscriptus vel interfectus, placuit eum non nisi in fine accipere communionem. Si levior causa fuerit, infra quinquennium accipere communionem poterit. Si catecumenus fuerit, post quinquennii tempora admittatur ad baptismum.

*BD 6.27] (5, q. 6, c. Delator.)*

[1] 1 CPS; ? B; 73 M

**157**

*Quod tria genera sunt*[1] *homicidarum. Ex epistola Clementis pape, cap. 16*

Homicidarum vero tria genera esse dicebat, et penam eorum parilem fore dicebat. Sicut enim homicidas interfectores fratrum, ita et detractatores eorum eosque odientes homicidas esse manifestabat. Quia et qui occidit, et qui fratrem suum odit, et qui detrahit ei, pariter homicida esse monstratur. Omnes enim a carnalibus desideriis que militant adversus animam abstinere, et bonam eorum conversationem ac innocentem omnibus monstrare rogabat[2]. Ex corde enim cunctos attentius invicem diligere insinuabat, seniores venerari, et iuniores diligere, episcopos, suos sacerdotes ac cunctos reliquos ecclesie ministros, atque omnem plebem sibi commissam verbis et mandatis divinis instruere et amare, hosque omnes eorum episcopos tota animi virtute diligere[3], ut oculos suos, qui oculi sunt illorum, preceptis in omnibus obedire, etiam si ipsi aliter (quod absit) agant quam deceat, memores scilicet illius Dominici precepti. Que dicunt facite; que autem faciunt, facere nolite.

*(epist. 4 ad Eccl. Hieros.). BD 6.28]*

[1] gen. sunt CP; ? B; sint genera M
[2] (post plura) *add. Fr*
[3] [dirigere orig.] *add. Fr*

**158**

*Quod homicide ab ecclesiastica communione sint submovendi. Ex concilio Agathensi, cap. 10*[1]

Itaque censuimus homicidas a communione ecclesiastica submovendos, nisi penitentie satisfactione admissa crimina diluerint

*BD 6.29] (24, q. 3, c. Itaque.)*

[1] 10 CPBSH; 37 M

**159**

*De eadem re*[1]*. Ex concilio Turonensi, cap. 7*

Homicidiis penitus non communicandum, donec per confessionem penitentie ipsorum crimina diluantur.

[1] eadem re CPBS; eodem M

*(Turon. I). BD 6.30]*

**160**

*De illis quorum consilio homicidia fiunt. Ex dictis [1]Augustini*

Periculose se decipiunt, qui existimant eos tantum homicidas esse, qui manibus hominem occidunt, et non potius eos per quorum consilium et fraudem et exhortationem homines extinguuntur. Nam Iudei Dominum nequaquam propriis manibus interfecerunt, sicut scriptum est, Nobis non licet interficere quemquam, sed tamen illis Domini mors imputatur, quia ipsi eum lingua crucifixerunt, dicentes, Crucifige eum. Unde unus Evangelista dicit Dominum crucifixum hora tertia, alius sexta, quia Iudei crucifixerunt eum hora tertia[2] lingua, milites hora sexta manibus. Qui ergo hominem tradit, eum ille interficit, Domino dicente, Maius peccatum habet qui me tradidit tibi. Unde Psalmista, Filii hominum dentes eorum arma et sagitte, lingue eorum gladius acutus. Subiiciant ergo se penitentie, quorum consilio sanguis funditur, si veniam promereri voluerint.
*(Decerpta hec videntur ex enarra. Psal. LVI ad versic. Dormivi conturbatus, et proximos.) BD 6.31]*

[1] sancti *add.* M
[2] alius sexta quia – tertia *in mg.* P

**161**

*De illis qui pro vindicta parentum homicidia committunt. Ex penitentiali Theodori*

Qui pro vindicta fratris aut aliorum parentum occiderit hominem, ita peniteat ut homicidia sponte commissa, cum ipsa Veritas dicat, Mihi vindicta, et ego retribuam.
*BD 6.32]*

**162**

*De illo qui propter cupiditatem Iudeum interfecerit. Ex concilio Magontiensi, cap. 6*

Qui odii meditatione, vel propter cupiditatem Iudeum vel paganum occiderit, quia imaginem Dei et spem future conversionis extinxerat, quadraginta dies in pane et aqua peniteat.
*(Cap. 27 conc. Vorm. fere his verbis legitur) BD 6.33] (Dist. 50, c. Qui vero.)*

**163**

*De parricidis et fratricidis. Ex concilio Triburiensi, cap. 5*

Statuimus ut parricide et fratricide[1] per unius anni circulum ante fores ecclesie orantes Domini clementiam, perseverent. Completo anni circulo introducantur in ecclesiam, tamen inter audientes usque dum unius anni spatium finiatur, stent. His ita peractis. si penitentie fructus in eis conspicitur, corporis et sanguinis Domini participes fiant, ut non obdurentur desperatione. Carnem non manducent omnibus diebus vite illorum; ieiunent autem usque ad nonam cotidie, exceptis festis diebus atque Dominicis, abstineant autem se a vino, medone atque mellita cervisia, tres dies per ebdomadam; arma portare non audeant, nisi contra paganos. Et ubicumque ire maluerint, nullo

[1] parr. et fratr. CRPBSM; fratr. et patr. H

vehiculo deducantur, sed pedibus propriis pergant. Ab uxoribus, si habuerint, non separentur. Tempus autem huius penitentie in episcoporum ponimus arbitrio, ut secundum conversationem illorum, aut extendere vel minuere valeant.
*(Conc. Vor. c. 30, id habetur) BD 6.34]*

### 164

*De eadem re. Ex concilio Magontiensi, cap. 11*

Parricidium autem quam sit detestabile crimen, in iudicio facto inter Cain et Abel fratrem suum Dominus ipse ostendit, cum ad Cain parricidam ait, Maledictus eris super terram, que aperuit os suum, et suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris terram, non dabit tibi fructus suos; et vagus et profugus eris super terram. In quo etiam posuit signum ut tremens et gemens et profugus viveret semper, nec auderet uspiam sedes habere quietis. Sed quia modernis temporibus parricide profugi discurrunt per diversa loca, et variis vitiis atque gule illecebris deserviunt, melius nobis videtur ut in uno loco manentes penitentia districta semetipsos castigent, si forte a Domini pietate indulgentiam facinoris sui percipere mereantur. Non enim eis licebit ultra militie cingulum sumere, et nuptiis atque coniugii copula uti[1], quia sacri canones hoc eis non consentiunt.
*(sub Leone IV., c. 20). BD 6.35]*

---

[1] [coniugiis copulari, orig.] *add. Fr*

### 165

*De illis qui infantes suos non sponte interficiunt. Ex concilio Triburiensi, cap. 21[1]*

Si quis filium suum non sponte occiderit, iuxta homicidia non sponte commissa peniteat.
*(cap. 53). BD 6.36]*

---

[1] cap. 21 CPSH; *om.* M; ? B

### 166

*De illo qui uxorem legitimam sine iudicio interfecerit[1]. Ex decretis Pii pape, cap. 26*

Quicumque propriam uxorem absque lege, vel sine causa et certa probatione interfecerit, aliamque duxerit uxorem, armis depositis, publicam agat penitentiam. Et si contumax fuerit, et episcopo suo inobediens extiterit, anathematizetur quousque consentiat. Eadem lex erit illi qui seniorem suum interfecerit.
*BD 6.37] (33, q. 2, c. Quicunque.)*

---

[1] De illo - interf. CPHM; *om.* S

### 167

*De eadem re. Ex concilio Magontiensi, cap. 1*

Si maritus uxorem, aut uxor maritum interfecerit, equum iudicium sit super eos, dicente Domino, Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis. Et post

pauca ita inquit, Parvum audietis ut magnum, nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est. Idcirco uterque eorum in huiuscemodi criminis actione, si negaverit, pari iudicio examinetur. Si negaverit et non potest vinci manifesti indiciis; si liber est, iuret cum duodecim; si servus, ferventi ferro se purget. Sin autem moriens, maritum uno vel duobus audientibus de morte eius inculpaverit, non ideo erit victus, sed si liber est, cum septuaginta duobus iuret; si servus, super duodecim vomeres ferventes se purget. Eadem lex erit marito uxorem accusanti.
*BD 6.38]*

**168**

*De eadem re. Ex concilio Eliberitano, cap. 85*

Si mulier causa fornicationis maritum suum interfecerit[1], aut quacumque arte perimere facit, quia dominum et seniorem suum occidit, seculum relinquat, et in monasterio peniteat.
*(in fragmentis). BD 6.39]*

[1] [veneno. orig.] *add. Fr*

**169**

*De uxore in mariti mortem consentiente. Ex concilio apud Vermerias, cap. 3*

[1]Si qua mulier mortem viri sui cum aliis conciliata est, et ipse vir aliquem illorum se defendendo occiderit, et si hoc probare potest ille vir eam ream esse consilii, potest (ut nobis videtur) ipsam uxorem dimittere. Ipsa autem insidiatrix penitentie subiecta, absque spe coniugii maneat.
*(Legitur ad calcem conc. Eli.).BD 6.41 (13, q. 1, c. Si qua mulier.)*

[1] *rubric and insc. in main hand at end of fo.233va, and text from* Ipsa autem *at head of fo. 233vb;* Si qua mul. - dimittere *in smaller hand at head of fo. 233vb* C

**170**

*De hoc[1], si plures unum impugnaverint. Ex eodem concilio, cap. 98*

Si quatuor aut quinque homines, seu etiam plures contra unum hominem rixati fuerint, et ab his vulneratus mortuus fuerit, quicumque eorum plagam ei imposuit, secundum statuta canonum, ut homicida iudicetur; reliqui autem qui eum impugnabant volentes eum interficere, similiter peniteant. Qui vero nec eum impugnabant, nec vulnerabant, nec concilio nec auxilio cooperatores fuerunt, sed tantum affuerunt, extra noxam sint.
*BD 6.42] Ctp 3.20.56 (23, q. 8, c. Si quatuor.)*

[1] De hoc CPBHM; *om.* S

## 171

*De vindicta non prohibenda. Ex dictis apostoli, Hieronimi, Augustini, Gregorii*

De vindicta non prohibenda in Novo Testamento Hieronimus[1] de personis dignis ad vindictam, ait, Qui percutit malos in eo quod mali sunt, et habet causam interfectionis ut percutiat pessimos, minister Dei est. Item. Lex[2] et ministri eius coerceant inimicos et constringant.» apostolus inquit, Regi quasi precellenti, et ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Item Hieronimus[3]. Homicidas et sacrilegos et venenarios punire non est effusio sanguinis, sed legum ministerium. Augustinus ait, Que ista vanitas, parcere uni, et omnes in discrimen adducere? Polluuntur enim omnes uno peccante, unde et in lege iubetur, Maleficos non patiaris vivere. Unde propheta, Mortificabant animas que non vivunt. Unde Gregorius, Non morientem quippe mortificat, qui iustum dampnat; et non victurum vivificare nititur, qui reum a supplicio solvere conatur. Elias namque multos affecit morte propria manu nece et igne divinitus inspirato. In Novo etiam Testamento Petrus Ananiam et Sapphiram terrifice multavit.
*BD 6.43]*

---

[1] (in Ezech. lib. III, ad c. IX) *add.* M[2]
[2] Lex CRPBSM; Rex L
[3] (Hier. in XXII cap. Hiere. statim post principium) *add.* M[2]

## 171A (S)

*De illis qui post baptismum capitalem protulerunt sententiam. Ex decr' Innocentii pape, cap. xxiii*

Quesitum est etiam super his qui post baptismum administraverunt et aut tormenta sola exercuerunt aut etiam protulerunt capitalem sententiam. De his nil legimus a maioribus definitum, meminerant enim a Deo potestates has fuisse concessas et propter vindictam noxiorum gladium fuisse permissum, et Dei ministrum esse datum in huiusmodi vindicem. Quomodo igitur reprehenderent factum quod ab auctore Deo viderent esse concessum? De his ergo ita ut hactenus servatum est sic habeamus, ne aut disciplinam evertere aut contra auctoritatem Domini venire videatur. Ipsis autem in ratione reddenda gesta sua omnia servabuntur.
*BD 6.44]*

## 172

*De illis qui in confractione idolorum occisi fuerint. Ex concilio Eliberitano, cap. 70[1]*

Si quis idola fregerit, et ibidem occisus fuerit , quia in Evangeliis scriptum non est, neque invenitur sub apostolis unquam factum, placuit in numerum eum non recipi martirum.
*BD 6.45]*

---

[1] 70 CPSH; 60 M; ? B

**173**

*De eo qui matrem suam occiderit, qualiter penitere debeat. Ex epistola Nicolai pape ad Radulphum sancte Argentee Retensis ecclesie episcopum*

Nicolaus episcopus, servus servorum Dei, reverendissimo et sanctissimo Radulpho episcopo sancte Argentee Retensis ecclesie. Dum de universis mundi partibus credentium agmina Principis apostolorum liminibus properant, quidam vir nomine Thiothart, venit, vestre beatitudinis epistolam gerens, quam nostro contulit presulatui, cuius paginam perlegentes matricidam illum esse cognovimus. Quod facto multis fletibus lacrimisque profusis valde doluimus. Idcirco precipimus, et patrum aliorum censuris statuimus, ut sub penitentie iugo permaneat, ita ut unum per annum ecclesiam non ingrediatur, sed ante fores basilice orans ac deprecans Dominum perseveret, qualiter tanto eripiatur piaculo. Completo vero anni circulo, introeundi in ecclesiam habeat licentiam, tamen inter audientes stet et nondum communicet. Completis autem trium annorum circulis, sacre communionis illi gratia concedatur, oblationes vero non offerat, nisi postquam aliorum septem annorum curricula expleantur. In his autem omnibus annis atque temporibus carnem non manducet, nec vinum bibere presumat, exceptis festis diebus atque Dominicis, et a Pascha usque ad Pentecosten, et quocumque ire voluerit, nullo vehiculo deducatur, sed pedibus proficiscatur, arma non sumat nisi contra paganos. Ieiunet autem tres dies per ebdomadam usque ad vesperum, a propria quidem ac legitima sua coniuge non separetur, ne in fornicationis voraginem corruat, quod ne fiat optamus. Si autem ante trium annorum cursum finis vite illius appropinquaverit, corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi particeps fiat. Sin autem, ut supra statuimus, efficiatur; tamen si illius conversationem et lacrimarum fontem in omnibus videritis floridis actionibus, et optimis operibus pullulare, humanius circa eum vestra sollicitudo pervigil appareat, mitisque omnibus demonstretur. Optamus vos in Christo bene valere.[1]
*BD 6.46] [C 33 q 2 c 15]*

---

[1] Optamus vos in Christo bene val. *om.* H

**174**

*Si quis clericus[1] homicidium fecerit ab ordine cessare debebit[2]. Ex concilio Triburiensi cui interfuit Arnulfus rex, cap. 11*

Si quis clericus quamvis nimium coactus, homicidium fecerit, sive sit presbiter, sive diaconus, deponatur. Legimus in canonibus apostolorum quod episcopus, presbiter, et diaconus qui in fornicatione aut periurio, aut furto captus est, deponatur, quanto magis is qui hoc immane scelus fecerit ab ordine cessare debebit? Qui enim Christum sequi desiderat, debet sicut ille ambulavit, et ipse ambulare. Qui cum malediceretur, non maledicebat, cum percuteretur non repercutiebat, cum pro nobis pateretur non comminabatur. Et ipse in Evangelio suo precepit, Si quis te percusserit in unam maxillam, prebe illi et alteram. Non enim debemus occidere, cum Dominus dicat, Audistis quid dictum est antiquis; Non occides, Qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Nec malum pro malo reddere, sed sicut apostolus Romanis scribens ait, Noli vinci a malo, sed vince in bono

---

[1] Si quis cl.CPBSH; Ut cl. qui M
[2] debebit CPBSH; cogatur M

malum. Si quis clericorum presens erit ubi homicidium factum fuerit, et neque consensu, neque consultu, neque in aliquo homicidii reatu pollutus esse convincitur, nichil ei obsit quin consecratus in gradu permaneat, non consecratus, si alias dignus sit, promotus accedat.
*BD 6.47*

## 175

*De eo si quis in hoste contra paganos dimicans interfecit captivos Christianos. Ex eodem concilio cui interfuit Arnulfus rex, cap. 34*

Sepe fit victoria Christianorum, victa est pars[1] paganorum. Quare si una cum interfectis paganis perempti fuerint Christiani captivi a barbaris, quia impetu belli nequeunt distingui. Idcirco iustum esse decernentes statuimus cum interfectoribus misericordius agendum, ita ut, 40 diebus penitentie indulgentius transactis, penes episcopum sit auctoritas et potestas, ut perpendat culpam et agat indulgentiam.
*BD 6.48]*

[1] pars CPBM; *om.* S

## 176

*De eo qui Christianum mancipium seduxerit, et sic vendiderit. Ex concilio apud Confluentiam, cui interfuerunt Henricus et Karolus[1] reges, cap. 7[2]*

Item interrogatum est, quid de eo faciendum sit qui Christianum hominem seduxerit, et sic vendiderit. Responsumque est ab omnibus, homicidii reatum ipsum hominem sibi contrahere.
*BD 6.49]*

[1] Hen. et Kar. CRPVBM; Kar. et Hen. S
[2] cap. 7 CPBHM; *om.* S

## 177*

*[1]Alexander II Guillelmo Petragoricensi, Duranno Toletensi[2] episcopis, et Hugoni abbati*

Presentium portitor[3] litterarum ad nos perveniens lacrimabiliter confessus est se fratricidii crimen incurrisse. Qui licet tanti facinoris efficiens causa fuerit, tamen minime voluntate sua[4] peractum intimavit. Cum enim fratrem suum inimicantem sibi paratis insidiis cepisset, et ipsum ut secum iret percussione capuli ensis coegisset, consobrinus quidam suus secum perveniens sine consilio et premeditatione sine voluntate etiam[5] ipsius, ut astruit[6], interfecit. Cui licet condignam religio vestra iniunxerit et laudabilem penitentiam, tamen circa eum misericordie viscera exhibentes, precipimus ut cum domum redierit, medietatem totius patrimonii sui pro fratris animeque sue remedio pauperibus

[1] De poenitentia eius qui fratricidium fecerit *add. as rubric* M
[2] Toletensi CRPV[2]BSHM; Tolotensi VA; [Tholosano] *add. Fr*
[3] portitor CRPBSAM; lator V
[4] vol. sua CRPVBSM; sua vol. A
[5] vol. et. CRBSAM; et. vol. PV
[6] eum *add.* M, *om.* CRPVBSA

tribuat, alterius quoque hereditatis sue portionem nichilominus pro eadem causa distribuens, usum fructum[7] necessitati sue reservet. Et sic omnibus ordinatis[8] suis liber[9] monasterium ingrediatur, et ibi per unum annum[10] huiusmodi penitentia maceretur, scilicet ut a Pentecosten[11] usque ad sancti Michaelis festivitatem bis in unaquaque ebdomada ieiunet[12] in pane et aqua. Dehinc autem usque ad quadragesimam tribus diebus ieiunet similiter in pane et aqua, et[13] ut a corpore et sanguine Domini usque ad tres annos expletos abstineat, nisi periculum mortis imminerit[14]. Quadragesimam totam[15] preter dominicos dies[16] ieiunet, arma nullo modo in vita sua induat, coniugio usque ad peractam septem annorum penitentiam non utatur. Sexta feria, donec vixerit[17], ieiunet. Hec omnia ita illi iniunximus, ut si infirmitatem eius hec[18] minime ferre posse[19] providentia vestra presenserit[20], licentiam habeat miserendi prout placuerit.
*JL 4770; CB Alex. II 1, Winroth (1993)]*

[7] que *add.* M, *om.* CRPVBSA
[8] omn. ord. CRPVBSM; ord. omn. A
[9] in *add.* CRM, *om.* PVBSA
[10] unum annum RPBSAM; annum unum CV
[11] -ten CRPVBSA; -te M
[12] ieiunet PVBSA; *om.* CRM
[13] et CRP$^2$BSAM; *om.* PV
[14] -inerit CPVSA; -inuerit C$^2$RB; -ineat M
[15] -tam SAM; -tos CRPVB
[16] dom. dies CPVBSA; dies dom. RM. similiter *add.* A, *om.* CRPVBSA
[17] *ss* S
[18] hec CRPVBSA; *om.* M
[19] ferre posse CRPVBSM; posse ferre A
[20] pres- CRPVBSM; pers- A

## 178*

*[1]Alexander Wiltinensis ecclesie clericis*

Diligentia vestra noscat huic Teuderico[2] pro parricidio, morte videlicet[3] filii sui non sponte commisso, auctoritate beatissimorum apostolorum et canonum penitentiam nos septennio imposuisse, in eodem peracte penitentie tempus connumerantes, ita ut amodo usque ad sancti Martini festum duobus diebus in ebdomada ieiunet[4], quarta feria[5] videlicet[6] et sexta[7] in pane et aqua; a sancti Martini festivitate usque ad Domini Nativitatem, continuum agat ieiunium in pane et aqua, exceptis Dominicis et quinta feria, in quibus quadragesimali cibo vescatur; ab octavis Epiphanie usque ad quadragesimam duobus in ebdomada ieiunet diebus, quarta et sexta feria in pane et aqua, exceptis festis principalibus, in quibus eleemosina se redimat. In quadragesimali vero tempore continuum est agendum ieiunium in pane et aqua, exceptis dominicis[8]. In quinta feria

[1] Item de patricidis et fratricidis *add. as rubric* M
[2] Teuderico CRSH; Teudorico P; Theodorico V; Teuderico B; Teuderigo A; Theoderico M
[3] morte vid. CRPBSM; morte Will' V; vid. morte A
[4] dieb. in ebd. ieiun. CRPVBSM; ieiun. in ebd. dieb. A
[5] feria CRPBAM; *om.* SV
[6] vid. CRBSAM; scilicet PV
[7] feria *add.* SV, *om.* CRPBAM
[8] diebus *add.* M, *om.* CRPVBSA

tamen vinum ei[9] bibere, et quadragesimali uti cibo concedimus. Post annum vero completum in toto anno duobus[10] in unaquaque ebdomada in pane et aqua ieiunet. In quadragesima tamen continuum agat ieiunium in pane et aqua, et in unoquoque anno usque ad expletum penitentie tempus huiusmodi ieiunium agendum est, et a carne se abstineat, per unum annum ecclesiam ei denegamus. Post ingressum ecclesie tribus annis[11] a communione separamus, nisi mortis fuerit timore preventus. Si quis autem episcopus vel religiosus presbiter causa pietatis aliquid sibi remedii[12] relaxare voluerit, hoc ei ex apostolica auctoritate concedimus.

*JL 4484; CB Alex II 11; Winroth (1993)]*

[9] vinum ei CPVBSAM; ei vinum R
[10] diebus *add.* R²M, *om.* CRPVBSA
[11] eum *add.* VA, *om.* CRPBSM
[12] remedii CRPBSM; *om.* VA

**179***

*Gregorius II[1]*

De his vero dicimus qui patrem, matrem, fratrem, aut sororem occiderint ut toto vite sue tempore corpus non suscipiant dominicum, nisi sui temporis exitu pro viatico. Abstineant enim se et a carnis comestione et potu vini donec advixerint. Ieiunent secundam et quartam et sextam feriam, ut sic possint[2] deflendo[3] diluere commissum scelus.

*cf 10. 180A below ; CB Bon. 15; Ctp 1.57.4] Ctp 3.20.57*

[1] Gregorius II CRPVBSHA; De eodem. Gregorius III. Bonifacio M
[2] -int CRPVBSM; -it A
[3] *corr. fr.* deflens P

**180a***

*[1]Nicolaus Karolo episcopo et eius suffraganeis*

De patricidis et fratricidis precipimus ut per unius anni circulum[2] ante fores basilice orantes Domini clementiam perseverent; completo vero anni circulo[3] introducantur[4] ecclesiam, tamen inter audientes usque dum unius anni spatium finiatur, stent, cum ad missarum solempnia vel alia sacra audire officia venerint. His itaque peractis si penitentie fructus in eis conspicitis, corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi participes fiant, ne[5]desperationis indurentur caligine. Carnem non manducent omnibus diebus vite eorum. Ieiunent autem[6] usque ad nonam diei horam[7] cotidie, exceptis festis diebus atque Dominicis, vinum atque pulmentum sumere non presumant, nisi tres dies per ebdomadam. Arma gerere non audeant vel sumere nisi contra paganos, et ubicumque ire voluerint nullo vehiculo deducantur, sed pedestri more proficisci

[1] Item de eodem, et de cognatorum suorum interfectoribus *add. as rubric* M
[2] circulum CRPVBSM; curriculum A
[3] circulo CRPVBSM; curriculo A
[4] in *add.* M, *om.* CRPVBSA
[5] ne CRPVBSM; ut A
[6] P *obscure*
[7] nonam diei horam CRPBSAM; horam diei nonam V

studeant. Tempus huius penitentie in vestre beatitudinis arbitrio ponimus, ut secundum conversationem illorum aut extendere, vel[8] minuere valeatis. Ab uxoribus, si habuerint, non separentur. Si autem non habuerint, et se continere non valuerint, legitimas in coniugio accipiant feminas[9], ne[10] fornicationis voraginem incidere videantur[11]. Si autem antequam finiantur curricula annorum, finis vite illorum pervenerit, viaticum illis duorum predictorum[12] non negetur.
*JE +2709, ed. Perels ep. 156, p. 673]*

---

[8] vel CRPVBSA; aut M
[9] -inas CRPBSAM; -ina V
[10] ne CRPVBSM; ut A
[11] vid- CRPBSAM; val- V
[12] duorum pred. CRPBSAM; pred. duorum V

## 180b*

*Nicolaus papa ad consulta Bulgarorum[1], cap. 24[2]*

Quid parricida[3], id est qui patrem aut matrem occiderit[4], vel etiam qui fratrem aut[5] sororem interficit, pati debeat, leges indicant. Porro si ad ecclesiam confugerint, id quod episcopus loci, vel sacerdos qui ab illo constitutus est, previderit[6] agendum decernimus. Item[7]. De his qui proximum, id est consanguineum suum, ut est frater, consobrinus, aut nepos, trucidaverit, venerande leges proprium robur obtineant. Sed si ad ecclesiam convolaverint, mortis quidem legibus eruantur, penitentie vero quam antistes loci vel presbiter consideraverit, absque dubio summittantur.
*JE 2812; ed. Perels ep. 99 c. 26, p. 580]*

---

[1] Bulg- CRPVM; Burg- BSA
[2] 24 CRPVBHAM; 23 S
[3] -ida CRPVBSM; -idam A
[4] -derit CRPV?BSM; --dit A
[5] aut CRPVBM; vel SA
[6] prev- CRPVBSM; prov- A
[7] (cap. 26) *add. Fr*

## 180A* (CRSA)

*Gregorius III Bonefacio*

De his vero dicimus qui patrem, matrem, fratrem occiderint, ut toto vite sue tempore corpus dominicum non accipiant[1] nisi sui tempore[2] exitus pro viatico. Abstineant[3] enim se et a carnis comestione et potatione[4] vini donec advixerint. Ieiunent[5] secundam, quartam et sextam ferias[6] ut sic possint deflentes[7] diluere commissum scelus.
*cf 10.179 above*

---

[1] dom. non accip. CRS; non sus. dom. A
[2] -ore CRS; -oris A
[3] -eant CRS; -eat A
[4] pot. CRS; pota A
[5] advixerint. Ieiunent CRS; vixerit. Ieiunet A
[6] feriam CRS; ferias A
[7] possint deflentes CR; deflentes possint S; possit deflens A

**180B*** (CRSA)

*Nicolaus papa Radulfo Argentee Retensis episcopo*

Precipimus et patrum almorum censuris statuimus ut sub penitentie iugo[1] permaneat matricida, ita ut unum per annum ecclesiam non ingrediatur, sed ante fores basilice orans ac deprecans Deum perseveret qualiter tanto eripiatur piaculo. Completo vero anni circulo, introeundi[2] in ecclesiam licentiam habeat, tamen inter audientes stet et nondum communicet. Completis autem trium annorum circulis, sacre communionis illi gratia concedatur. Oblationes vero non offerat, nisi postquam aliorum septem annorum curricula expleantur. In his autem omnibus annis atque temporibus carnem non manducet, nec vinum presumat bibere exceptis festis diebus atque dominicis et a Pascha usque ad[3] Pentecosten[4], et quocumque ire voluerit nullo vehiculo deducatur sed pedibus proficiscatur. Arma non sumat nisi contra paganos. Ieiunet autem tres dies per ebdomadam usque ad vesperum, a propria quidem ac legitima sua uxore[5] non separetur ne[6] fornicationis voragine corruat, quod[7] ne fiat optamus. Si[8] ante trium annorum cursum finis vite illius appropinquaverit, corporis et[9] sanguinis Domini nostri Ihesu Christi[10] particeps fiat, sin autem ut supra statuimus efficiatur. Tamen si illius conversationem et lacrimarum fontem in omnibus videris floribus[11] actionibus et optimis operibus pullulare, humanius[12] circa eum vestra sollicitudo appareat pervigil[13] mitisque omnibus demonstretur.

*JE 2850, ed. Perels ep. 139, p. 659; cf 10. 173 above]*

---

[1] *in mg.* C
[2] -eundi RSA; -endi C
[3] ad CRS; *om.* A
[4] -en CRS; -es A
[5] uxore CRS; coniuge A
[6] in *add.* R, *om.* CSA
[7] quod CRS; que A
[8] autem *add.* A, *om.* CRS
[9] et CRA; ac S
[10] Christi CRA, *om.* S
[11] vid. flor. CRS; vid. floridis $R^2$; videritis floridis A
[12] -nius CRS; -nis A
[13] app. perv. CRS; perv. app. A

**181***

*Anciranum concilium[1], cap. 21[2]*

De mulieribus que fornicantur et partus suos necant, vel que agunt secum ut utero conceptos excutiant, antiqua quidem definitio usque ad exitum vite eas ab ecclesia removet; humanius autem nunc diffinimus, ut eis decem annorum tempus secundum prefixos gradus penitentie largiantur[3].

*(cf 8.314; Ctp 2.2.10 is var.)*

---

[1] Anciranum concilium RPVBSA; Achir. conc. C; De mulieribus quae partus suos necant. Ex Ancirano concilio M
[2] 21 CRPVSA; 30 M; ? B
[3] -amur *Fr*

**182*** (CRSHAM)

*[1]Hilerdense[2] concilium, cap. 2*

Qui male conceptos ex adulterio fetus vel editos necare studuerint vel in matrum ventribus[3] potionibus aliquibus colliserint, in utroque sexu adulteris post septem annorum curricula communio tribuatur, ita tamen ut omni tempore vite sue humilitati et fletibus insistant. Si vero clerici fuerint, officium eis ministrandi recuperare non liceat.
*Ctp 2.34.2a, cf above 9.102b] Ctp 3.20.58*

---

[1] De eadem re. *add. as rubric* M
[2] Hilerdense CRSHA; Ex Ilerdensi M
[3] mat. vent. CRSM; vent. mat. A

**183*** (CRSAM)

*[1]Canones Martini episcopi[2] ad laicos, cap. 9*

Si qua mulier fornicata fuerit, et infantem habuerit, et illum occiderit, et que studuerit abortum[3] facere, et quod conceptum est necare, aut certe ut non concipiat elaboraverit, sive ex adulterio, sive ex legitimo coniugio, has tales mulieres in morte recipere communionem priores canones decreverunt. Nos iterum[4] pro misericordia sive tales mulieres, sive conscias scelerum ipsarum, decem annis agere penitentiam iudicamus.
*(ex lib. synod. Greca. Mart. Bracaren episc. c. in universum 78). Ctp 2.47.77]*

---

[1] Item de eodem. *add. as rubric* M
[2] ep. CRAM; *om.* S
[3] ab- CRSM; ob- A
[4] iterum CRS; tamen AM

**184***

*[1]Nicolaus Domno episcopo et[2] Karolo regi*

Quidam vestre dioceseos vir, Hugo nomine, venit, qui lacrimoso affatu nostro pontificio retulit qualiter fratricidium antiquo hoste cogente fecerat, et qualiter sub penitentie iugo pro tanto facinore a vestra fuerat constitutus beatitudine[3]. Nos autem tante adversitatis piaculum, et fraterni sanguinis audientes effusionem, non paucas fundentes lacrimas contristati sumus. Tamen quia, ut[4] aiebat, tante macule culpam lacrimarum fonte abluere fraterna iubente gratia malit, sancimus ut proprias possessiones que ab eo pro hoc facto ablate sunt, incunctanter recipiat, ne paupertatis inopia constrictus ad peiora deducatur. Nam et propria legitimaque uxor illius a qua separatus est, vestra sanctitas illi ut statim reddatur satagat, ne in fornicationis voraginem, quod noluimus, incidere[5]

---

[1] De quodam qui fratrem suum occiderat *add. as rubric* M
[2] et CRPVBSM; *om.* A
[3] beat. const. *before corr.* C
[4] *ss* C
[5] *after corr.* A

videatur. In reliquis vero secundum penitentie modum quam illi instruxistis[6] peragere, maneat.
*JE 2834; ed. Perels, ep. 131, p. 652 from* ID

---

[6] instruxistis CRPVBSM; instituistis A

## **185***

*[1]Nicolaus Salomoni Constantiensi episcopo*

Constat parricidas, fratricidas, et incestuosos[2], de quibus consulis utrum possint coniugio copulari, penitentiam agere, et ideo non posse carnali copule iungi. Quos oportet in castitate omnibus diebus vite sue permanere mentis et corporis, servata duntaxat propter misericordiam etiam circa hos beati pape Leonis vigesima quarta decretalium regula.
*JE 2849; ed. Perels ep. 138 p. 658]*

---

[1] De poenitentia parricidarum et incestuosorum *add. as rubric* M
[2] -sos CRPVBSM; -sus A

## **185A*** (SA)

*Augustinus de patientia*

Si parricida eo sceleratius est quam[1] quilibet homicida, quia non tantum hominem verum etiam[2] propinquum necat, in que ipsis parricidis quanto propinquiorem quisque perimit[3], tanto iudicatur[4] immanior, sine dubio peior est qui se occidit, quia nemo est homini[5] se ipso propinquior.
*De patientia (*CSEL *41) xiii. 10 p. 674]*

---

[1] reclamare *add. and canc.* S
[2] profingi patuit *add.* S
[3] perimit S; peremerit A
[4] iud. A; *om.* S
[5] -ni S; -nis A

## **186***

*[1]Stephanus III Lamberto episcopo Cenomannico*

Lecta epistola a sanctitate tua nobis directa, que hanc[2] feminam, nomine Hildegardam, filios suos interfecisse, et septennem[3] penitentiam egisse fatebatur, valde doluimus[4]. Unde quia mandasti ut viscera pietatis ei preberemus, volumus et misericorditer mandamus, ut sacris festivitatibus, id est reverende Nativitatis[5], et sancti Pasche, atque Pentecosten[6] et Natale[7] apostolorum sacrum corpus et sanguinem Domini

---

[1] De quadam quae filios suos necaverat *add. as rubric* M
[2] diffi *add. and canc.* S
[3] *corr. fr.* septepnem A
[4] dol. valde *before corr.* V
[5] *corr. fr.* –ates A
[6] -ten CRPBSVA; -tes M
[7] -ale PVSA; -alis M; -ali CR; N'l' B

nostri Iesu Christi sumere debeat, et diebus vite sue in monasterio retrusa monachicam[8] vitam regulariter ducat.
*JE 3445, ed. Caspar, ep. 27 p. 349; CB Steph. V 26]*

[8] -icam CRP[2]VBSM; -iam P; -am A

## 187*

### [1]*Honorius Anatholio magistro militum*

Lator presentium prece nobis flebili supplicavit, asserens a quodam milite castri Salernitani germanum suum fuisse peremptum, insuper et rebus propriis post eius interitum spoliatum. Propterea quam impium quamque[2] contra legum statuta sit noxium ipsis rerum documentis in propatulo[3] omnibus tenetur expertum, ut sanguis innocenter effusus a[4] committente nullatenus ulciscatur. Qui hec vindicare possunt, et pro conniventia ulcisci negligunt, sint profecto scituri quia si defensare insontem sanguinem neglexerint, in futuro tremendoque examine de eis uti huius facinoris participibus tale commissum scelus exigetur. Propterea gloria vestra ad vindicandum ulciscendumque funesto homicidii crimine irretitum, ab agmine militari disiungat, et iudici provincie tradendum[5] ac puniendum iustitie impulsu festinet. Res vero ab eo vi latrocinali ablatas supradicto precatori[6] si germanus eius extiterit, indubitanter restituat, quatinus nobis imminente disciplina[7] is qui scelus commisit semper expectet, et incunctanter excipiat, et militaris integritas unius ob noxam homicidali contagio[8] nequaquam subiaceat.
*CB Varia II 3]*

[1] Quod iudex qui peccata vindicare potest et non facit, reus sit peccati. *add. as rubric* M
[2] *corr. fr.* ? quamquam R
[3] propatulo CRPBSA?M; propatubulo V?
[4] -usus a CRPVBSM; -usa A
[5] -dum CRPVBSM; -dumque A
[6] prec- CRPVBSM; pecc- A
[7] -ina CRPVBSM; -inam A
[8] *corr. fr.* agia R

## 188*

### [1]*Bracarense concilium, cap. 32*[2]

Qui per ferrum, aut per venenum, aut precipitium, aut suspendium, vel quolibet modo violentie sibi ipsis inferunt mortem, nulla pro eis in oblatione commemoratio[3] fiat, neque cum psalmis eorum cadavera ad sepulturam deducantur. Multi enim sibi hoc per ignorantiam usurpant. Similiter et de his fieri placuit[4] qui pro suis sceleribus puniuntur.
*cf below 15.40, BD 19.130] (23, q. 5, cap. Placuit ut si qui.)*

[1] De his qui sibi mortem inferunt. *add. as rubric* M
[2] Br. – 32(102 H) CRPVBSHA; Ex primo concilio Bracarensi, cap. 34 M
[3] -me- *ss* R
[4] fieri plac. CRPVBSM; plac. fieri A